uenditur enim in optimo, quodq; siorsum nasatur, odor cardas  
momo proximus. Insuper, acre & mordens, & cum calfactione  
quadam tenus salsum quod non ato conficitur hirsutum, aut fri-  
canti, lanuginosum, leibus tamen internodiis appareat. Si certa-  
tior fieri uoles, uellito ab radice surasum, facilis est huiuscmodi  
probatio. Namq; fragmenta, a' iectica quædam sunt. Quæ au-  
tem potentius spirant: suo halitu, cum nares consuluntur, olfactū  
expletia, deterioris dignotionem impendunt. Est etiamnum Mō-  
tanum, crassum, pumile, fuligescens admodum. Tertium à Mosy=  
lo, perquam suauiter olet, nigrum, fructosum, paucis interceden-  
tibus geniculis. Quartum fungosum candidans aspectu, tuberos-  
sum, uile, ac friabile, magnam habens radicem, casiam planè re-  
præsentantem. Quintum genus, gustu amarum, & cortice ful-  
uæ casiae simile, tangentib; firmum, minus neruosum densa radice  
firmatum. His, quæ thuris, casiae, aut anomni odorem spirat, minus  
suavitatis inest. Deligito scabrum, rugosum, lœue, lignosum. Ra-  
dicem autem ut inutilem reiicio.

## De pseudocannamo.

## C A P. X V.

Si etiamnum genus aliud, cui pseudocannamo cogno-  
men est. Inuolidi odoris, solitarumq; virium. Voca-  
tur etiam Zingiber, cum tamen sit xylocannamomum,  
præbens quandam cinnamomi faciem. Est autem lignosum can-  
namomum farmenta longa, robusta q; ferens, odore longe cinna-  
momo inferiore. Sunt qui xylocannamomum, à cinnamomo dis-  
ferre dicant, q; à natura eius abhorreat. Cinnamomum omne ex  
calfacit, emollit, & concoquit. Virinam aet. Tam menses, quam  
partus potum, aut ex myrrha impossum pellit. Contra bestias,  
quæ virus ejaculantur, uenenaq; conuerit. Calliginem pupillis o-  
culorum, obseruantem discutit. Crassitatem extenuat. Lentigines,  
& uitia cutis in facie ex melle illitum detergit. Contra tusses de  
fluxiones, aquam subter autem fusam, renum uitia, & urinæ dif-

## DE MEDICINALI MATERIA

ficultatem efficax est. Unguentis preciosis inseri solet: & in summa, magnè ad omnia usus. Tritum uino exapitur, umbraq; siccatum, quo diutius eduret, reconditur. Est & quoddam annomorum, quod aliqui pseudocannamomum appellant, perquam denso, atq; crasso faremento, longe tamen inualidius cinnamomo, & odore guſtu.

### De Amomo.

### C A P . X V I .

Momum exigue fruticæ ex ligno se conuolens in aue modum, flore tenui candidæ uiole, paruo. folijs unis albe similibus. Laudatur quam maxime armeniacū, fulvo auri colore, ligno subruffo, ualde odorato. Medicum, quoniam in campestribus, & aquofis enascitur, infirmum esse constat. Est autem magnum subuiride, tactu molli frutice uenit, sed odo re origani. Ponticum uero subruffum, parum, fragile, racemosum, fructu turgens, & odore nares feriens. Deligo recens, candidum, uel subrubrum, quod nec astrictum cohæreat, nec conuolatur, sed solutum diffundatur, seminis plenum, uinis paruis simile, graue, odoratum, modo cariem non contraxerit, acre guſtu mordens, simplici celore non euariante. Vim habet calfacendi, astringendi, excandi. Scumnum allicit, & illitum fronti, doloris sensum aufert. Inflammationes, & meliceridas concœquit, dissecitq; Iuuat, quos scorpius percussit, ex ocymo illitum. Et podagrias confert. Inflammationes oculorum, uiscerumq; lenit ex una passa. Ad uiliuarum uitia in pessis, aut infectionibus utile est. Decoctum iocineri, renibus, podagræ, potu conuenit. Antidotis immiscetur, & preciosissimis unguentis. Adulteratur herba amomo simili, quæ Anomis uocatur, sed sine odore, sine fructu. Nasatur in Armenia, flore origani. Quare in huiuscmodi probationibus fragmenta fugienda sunt. Eligenda autem, quæ ab ure radice integros surculos emittunt.

## De Ceflo.

## C A P. XVII.

Recellit *Arabicus candidus*, leuis, eximia odoris suauitate. Secundum locum sibi uendicat *indicus*, leuis, plenus, ut *ferula niger*. Tertius est *syriacus*, grauis, colore buxeum, & odore feriens. Optimus est *recens*, *albus*, abun-  
de plenus, densus, à *teredinibus* non erosus, sine graueolentia,  
gusto calidus, ac mordens. Vis ei exaltatoria. Urinam ci-  
et. Menses pellit. Vitijs, quæ uulnra male habent, tam impositu,  
quam fota auxiliatur. Contra uiperarum morsus sextantem bis-  
bere prodest. Item aduersus pectoris dolores, conuulsa, inflatio-  
nesq; ex uino, & absinthio. Venerem ex mulso stimulat. La-  
cas uentris tinea ex aqua pellit. Rigentibus, ex oleo, ante fe-  
brium significaciones, & neruorum resolutionibus oblinitur.  
Vitia cutis in facie, cum aqua, uel melle illitus emendat. Addi-  
tur in antidota, & malagata. Sunt, qui ammisctis helenij cōma-  
geni præduris radicibus adulterent, quod deprehensu facile est.  
Siquidem neq; gusto feruet helenum, neq; ualidum odorem ui-  
brat, ut caput tentare possit.

## De odorato Iuncō

## C A P. XVIII.

*Doratus Iuncas*, in Africa et Arabia nasatur. Lauda-  
tissimus ex Nabathea. Proximus *arabicus*, quem ali-  
qui *Babylonium cognominant*. Aly teuchitum. Pessi-  
mus ex Africa. Eligendus est *ruffus*, *recens*, *floribus* refertus,  
*tenuis*, *rubentibus* fragmentis, qui manibus confricando rosæ  
odorem emitit. Igne & mordacitatis ad linguam. Floris, &  
*arundinum*, *radicasq;*, est usus. Vim urinæ ciundæ habet.  
Menses pellit. Discutit inflationes. Caput agrauat. Modis  
& astringit, comminuit, excocquit, ac uenarum spiracula la-  
xit. Urinam mouet. Flos eius in potu utilis sanguinem reju-  
cientibus, doloribus stomachi, pulmonis, iocineris, & re-  
num, miscatur antidotis. Radix astringentior est. Ideo fasilli-

## DE MEDICINALI MATERIA

is Stomachi, hydropiæ, conurulis, cum pari pondere piperis, per dies aliquod datur. Decoctum uulue inflammationibus, ad desiderium fœtus, utile est.

### De Calamo odorato. C A P. X I X.

Alamus odoratus in India nascitur. Melior est fulvus  
dense gerulatus, & qui assulo se frangitur, plena araneorum fistula, albicans, lentus in mandendo, & astringens, ac cum aliquanta acrimonia amarus. Vrinam potu ciet, quare cum graminis, aut apii semine coctus, in aquæ subter astem fusæ morbo, rerum uitiis, fillicidio urinæ, ruptisq; commode bibitur. Menses & potu, & appositu pellit. Tussi suffitu me detur per se, aut ex resina terebinthina, hausto per arundinem fumo. Ad muliebres infessus decoquitur. Et clysteribus importur. Suffusionibus, malagmatisq; odoris gratia commiscetur.

### De Balsamo. C A P. X X.

Alsamum, arbor albæ uiolæ, licii, aut pyracanthæ magnitudine conspicatur. Folium rutæ proximum, longe candidius, perpetuo uirens, in Iudea sculum quadam ualle, & Aegypto nascens. Iis differens modis, scabricia, proceritate, gracilitate, quod igitur temui, & capillacea coma est, theristum uocant, quasi demesile. Fortassis, quoniam ob gracilitatem facile demetatur.

### De Opopbalsamo. C A P. X XI

Estiuis sub ortu canis ardoribus, arbos unguibus ferreis inciditur, manatq; è pluga succus, quem opobalsamum uocant: sed tam exiguo stillatu, ut annis singulis, ne plures quidem, quam seni, septem' ue congii cogantur. In ibi q; pondus, duplo rependitur argento. Succus probatio est, ut sit recens, ualidi odoris, syncerus, non ad acorem uergens, pellucidus, laevis, astringens, ac modice mordens gustu. Sed uarie uariatur, mixto ab aliquibus terebinthi, cypri, lentisci, balani unguento. Item

to. Itam fusino, metopio, melle, aut cypriacæra. quod maleficū facile deprehenditur. Namq; merus in laneam uestem fufus, neq; maculam facit, neq; si eluatur notam relinquit. Vitiatus autem inhæret, & lac instillatus coagulat, quod adulteratus non efficit. Quinetiam syncerus in aqua, aut lacte celerrime liquatur, lactescitq;. Vitiatus uero olei modo innatat, se conuolvens, aut in stellæ modum diffundens. Syncerus senescentis crassescit, deterior q; redditur. Allucinantur, qui aqua concretum pefissionire, & ad ima sidere arbitrantur, postea dissipatum super naturare.

De Xylobalsamo. CAP. XXII.

Liquid genere, quod xylobalsamum uocant, probatur è recens, terue, fuluum, odoratum, quadam tenus opobalsamum spirans. Necessarius etiam semini s erumpit usus. Quare eligatur flauum, plenum, grande, ponderosum mordens gusflu, feruens in ore, modice opobalsamum olens. Adulteratur semine hyperico simili, quod à Petra oppida defertur. Sed coarguitur magnitudine, innanitate, virili ignavia, sapore piperis. Efficacissima uis inest succo, et quam maxime calfaciens. Absurgit, qua tenebras, oculorum pupillis offendunt. Medetur perfrictionibus vulnæ, cum rosaceo cerato appositus. Menses quoq; secundas, & partus extrahit. Rigores illitu discutit. Vlera sordida expurgat, & cruda concoquit. Vrinam potu ciet. Aegre spirantibus prodest. Datur in lacte contra aconitum haustum, aut serpentium ictus. Miscetur acropis, malagmatis, et antidotis. In fiamma præcipua autoritas succo, secunda semini, minima ligno. Semen commode potui datur doloribus lateris; pulmonum uitij, tussi, ischiadicis, comitalibus, uertiginosis, orchoepnoicis, urinæ difficultati, terminibus, ac serpentum morsibus. Ad mulieres sufficius per quam utile est. Vuluam aperit in defensionibus balnearum decotum, & humorem euocat. Lignum easdem habet uires aliquanto minores. Ex aqua potum crudita-

## DE MEDICINALI MATERIA

tibus, orminosis, uulsiis, uenenatorum iecibus opitulatur. Vrinatur ad. Ad capitis uulnera cum secata iri conuenit. Squammas officium extrahit. Et ad unguentorum spissamenta additur.

De Aspalatho. Cap. XXIII.

Spalathus, quem alii Eryssaceptron, alii phosganon, Syri diaxylon uocant: frutex est furcatus, multis spinis horrens. Nasatur in Istro, Nisyro, Siria, & Rhodiorum insula, quo ad unguentorum spissamenta pigmentari utuntur. Optimus est grauis detraclo cortice rubens, aut in purpuram uergens, odoratus, gustu amarus. Est & alterum genus candidum, lignosum, sine odore, quod deterius habetur. Vim astringendi cum astrictione obtinet. Unde decoctum cum uino ad oris ulceram colluenda conuenit. Ad nomas genitalium, & fœdida ulceram infunditur. Subiectum in pessu, partum exire hit. Alium fistulam eius decoctum. Et sanguinis reiectionem poter obhibet. Vrinæ difficultatem, inflationesque discutit.

De Musco.

Cap. XXIV.

Rion, id est muscas, a quibusdam splachnon appellatur. In cedro arbore, populo alba, & queru inuenitur. Optimum est cedrinum. Proximum populneum. In quo genere candidum, & odoratum præstat, nigricans improbat. Astringendi vim habet. Decoctum infidentium uulnus utile. Unguento balanino, oleisque in spissandi gratia inseritur. thematum, ac pororumque compositionibus conueniens.

De Agallocho.

Cap. XXV.

Gallochum, lignum est, quod ex India, atque Arabia deportatur: thujæ ligno simile, maculatum, odoratum, gustu astringens, cum quadam amaritudine. arte uelut aliquantulum uersicolore. Mandatur, aut decocto os colluitur, commendandi halitus gratia. Sudores arcti toto corpori in-

*Sparsum. Prosticare ad suffimenta substituitur. Radix epota drachmæ unius pondere, humida stomachi initia: & imbeallitatem, ferveremq; mulcit. Si lateris, iocineris ue dolor exerciat, si dysenteriae, aut tormina infestant, ex aqua bibere prodest.*

## De Naraphtho. Cap XXVI.

*Araphithum ex India defertur, corticosum, simile sycomori libre; quod iucundi odoris gratia suffitetur. Missetur thymiamatis compositis. Constrictionibus uite suffitetur prodest:*

## De Canamo. Cap. XXVII.

*Ancamum arabia ligni lachryma est, myrræ quodammodo similis; olidi gustus, quam ad suffimenta usurpat. Veste eo ex styrace, & myrrha suffiuntur. Vim proditur obtinere extenuandi obesos, si ternum obolorum pondere ex aqua, aut muto aceto, aliquod dies ebbatur. Lie nosis, datur, comiticibus, & suspiciofis. Menses cum aqua multa pellit. Oculorum acutrices conseruum emendat. Vino madefactum medetur eorundem hebetudinibus. Aduersus gingivias humore prægnanteis, doloresq; dentium non aliud efficiens.*

## De Cyphi. Cap. XXVIII.

*Yphi thymiamatis compositio est, dicata dijs, qua abunde de ægypti ferecotes iumentur. In antidota misceris sollet. Suspiciofis datur in potu. Per multæ componentes rationes, quarum una hæc est. Sumito cyperi dimidium sextarium, cum pari iuniperi adultæ modo uiae passæ pinguis, ex ipsis uinaceis, minas duodecm̄ resinæ repurgatæ minas quiratæ, etilam, & iuncta odoratorū, & aspalathi, singulorū minam: myrræ duodecam: uini ueteris sextarios nouē, cū duabus mellis mismis, uiam detracitis uinaceis tuisam, cū uino, et myrrha subigito. cætera tusa, & cibrata adiuto, die uno humorē combilibere finis.*

## DE MEDICINALI MATERIA

eo:dein mel coquito,dum fibi glutinis asafacit crassitudinem, elia quatuor refinam accurate permisceto cum reliquis diligenter con tritis, & in fistule uas recondito.

De Croco.

CAP. XXIX.

Rocum ab aliquibus castor; ab alijs cynomorphos, à Magis herculis sanguis appellatur. Optimum in mendendi usu coryœum, recens, & boni coloris, paulum candidi gerens in capreolo, oblongum, omnibus suis partibus constans, non fragile plenum, à quo detracitū est nihil, quod madefactas manus inficit, nec situm redolet, aut cariem sentit, subacre. Sim huius generis non est, aut uetus, aut humore perfusum creditur. Secundus locus datur coryœo, è tractu Lyciae contermino. Tertius lycio è monte olympo, dein ex Aegibus Aetolie. Cyrenai cum è centoria, inter fialica omnia uiribus præstat. Omnia ad obsonda usus. Itali tamen ob succi copiam, et coloris uenustatē, ad thuiæ infectus usurparunt. quibus de causis magno uenditur. Utilessimum in medicina, quod ante descripsimus. Adulteratur immisto crocomoggiate tuo, atq; etiam sapæ subtili, conrita, quo pondus adiiciatur, simul argenti spuma, aut plumbagine. Sed maleficium declarat insidens puluis, præsertim si sapam oleum at Theffalus ipsum tantum odoratum esse uoluit. Alii exitiosi in tribus drachmis ex aqua potis. Proculdubio uim coquendi, emolliendi, atq; substringendi habet. Vrinam cū. Eleganter colorem præstat. Qui ex passo biberint, crapulam non sentient. Oculorum fluctiones illitum cum humano latte, cohabet. Additur in potionēs, quæ interaneorum causa temperantur. ad uniuersitatem, sedisq; cataplasma, commode permiscetur. Venerem similitudine, Vergentes ad ignem sacrum inflammaciones mulcat. An ricaslarijs collectionibus uile. Quo ficalius conteratur, in calido fistili sole siccati oportet, celeriterq; uersari. Vrinam mouet radix ex passo pota.

## LIBER PRIMVS

II

## De crocomagmate. Cap. XXX.

**f** It etiam expressis unguenti crocant odoramentis, quod crocomagma uocant. Optimum est odoratum, modice myrrham olens, graue, nigrum, ligni expers, laue, fibamarum : quod madefactum croci colorem reddit, gustatumq; uehementer dentes, ac lingua inficit, multis durans annis. Quale est, quod à Syria defertur. Habet suas vires ad delenda, quae caliginem oculis obuerstant. Vrinam cit. Calfacit, concoquit, & emollit. Vires croci proportione representat. quandoquidem plurimam croci partem si bi crocomagma uendicat.

## De Helenio.

## Cap. XXXI.

**b** Elenum, quod symphyton aliqui uocant, ali periscam, ali medicam, ali orestium, ali nectarion, ali cleoniam, ali id eam baton, aut florum: Latinum terminatum, aut enulam campanam; Aegyptii lenen: folia habet uerbasci angustioris folii, asperiora, oblonga. Caulem quibusdam in locis non emitte, radicem subalbidam, interdum subruffam, odoratam, acrem, uegetam, magnam, ex qua agnatae appendices liliorum, que ari modo seruntur. Montibus in umbris, siccocq; solo prouenit. Foditur & late radix, particulariterq; dissecta siccatur. Potum radicis decoctum menses, & urinas ciet. Ipsa q; in eclegmate ex melle prodest tussi, orthopnoeae, ruptis: conuulsis, inflationibus, & serpentium morsibus. In summa excalfaciens. Folia ex ea non cocta utiliter ischiadicis illinuntur. Helenum stomacho utile, in passo conditum, si quidem sal gemarii paululum siccatae radicem, mox decoctam, & frigida aqua madefactam, in sapo coniunctam, & ad usus recondunt. Trita, potaq; ad cruentas ex creationes efficax est.

## De altero Helenio:

## Cap. XXXII.

B

III

## DE MEDICINALI MATERIA.

Lterū helenij genus in Aegypto pigni Crateas tra-  
dit. Hærba est cubitalibus ramiculis, serpilli modo per  
humum repentibus, folijs lenticulae, sed longioribus,  
crebisq; radice pallida, digitis minoris crassitudine, per imate-  
nui, superne crassa, cortice nigro. Nasatur in maritimis, collis-  
busq; Radix una in uino epota, contra serpentium ictus auxi-  
liatur.

### De Omphacino oleo. Cap. XXXIII.

Leum, quod ex immaturis oliuis exprimitur, ad mul-  
tos usus recte ualentibus accommodatissimum. Om-  
phacinum id appellatur. Præstat recens, odoratum,  
quod non mordeat. Tale unguentorum compositionibus ide=   
neum intelligitur. Stomacho utile est, quod astringat. Gingivae  
contrahit. Dentes firmat, si contineatur in ore. Sudores cohi-  
bet. Et quò uetusius, ac pinguius, eò ad medicamenta aptius est.  
Et ut reliqua in commune dicantur, omne oleum calfacit. E mol-  
lit uentrem. A' perfrictionibus corpus tuerit, ipsumq; prom-  
ptius ad obeunda munera reddit. Aluum lævit. Ulcerario-  
rum medicamentorum uires permistum hebetat. Contra uene-  
na datur, assidue potum, redditumq; uomitionibus. Soluit aluum  
beminæ mensura cum pari ptisanæ succo, aut aqua potum. Ad  
termina calidum simul decocta ruta tribus sextarijs in potu do-  
tur. Ventris animalia pellit. Idem maxime ilei intestini mor-  
bo laborantibus infunditur. Vetus magis calfacit, & uehemen-  
tius discutit. Oculorum claritati sublitum confert. Si uetus non  
sit occasio, in uase decoquuntur ad mellis crassitudinem, ne uetus  
uem representet.

### De Oleo sylvestris oliue. Cap. XXXIV.

Leum, quod syuestres oliue fundunt, uehementer  
astringit, & ad sanorum usus secundum sibi locum  
uendicat. In doloribus capitis utiliter pro rosaceo sub-

*Silitur. Sudores ardet. Defluentes capillos inhibet. Furfures, ulcera capitis manantia, scabiem, lepramq; absterget. Tardius et nictem sentiunt, qui eo quotidie perungentur. Candidum oleum sit hoc modo. Album colore, nec annalo uetus illius, in nouum fictile oris patuli funditur, centum heminarum mensura, et sub solem media quaq; die concha refunditur, ex altoq; demittitur, ut assidua deuolutione, ictuq; agitatum respumet. octaua die fœnum græcum mundū quinguaginta drachmarū pondere, calida aqua madefactum, donec emolescat, in supradictum oleum deicyatur, ita ne extillet aqua. Postea teda præpinguis piceæ, affusatim cæsæ et quale pondus adycitur, et transactis octo diebus, oleum concha mouetur. Si intentum finem assequatur, in uas nouum uitere uino affusum recondi debet substratis fertulæ cum panæ corollis drachmas undecim pendentibus, cum pari iridis pondere. Sin minus, rursum soli mandandum, et idem munus obeundum, usq; dum inalbescat.*

## De Sicyonto.

## Cap. XXXV.

*Icyonij componendiratio hæc est. In lebetem oris lati stanno inductū, funditur olei albi, quod crudæ oliue reddiderunt, congruus unus, aquæ congruus semis. leui id igne coquitur, leniter mouendo. At ubi bis efferbuit, et substrato igne refrixit, innatans oleum concha tollitur, et adiecta noua aqua conferuescit, et reliquis, ut diximus, peractis reponitur. In Sicyonta maxime fieri consuevit, Sicyonij inde accepto cognomine. Calfactoriam ad quandam usq; modum uim habet. Febri, ac neruorum uilijs prodest. Fœminæ ad commendandum faciei nitorem eo utuntur.*

## De strigmentis balnearum. Cap. XXXVI.

*Trigmenta à balneis calfaciunt, melliunt, discariunt.*

*f Ad sedis rimas, et condilomata illinuntur. Illa uero, quæ ex palæstris puluerè sibi asperuerit, in sordis*

## DE MEDECINALI MATERIA.

Speciem redacta, articulorum nodos imposta adiuuant. Ischialdi-  
cis in fokus, aut malagmatis locum, calida cōmode sufficiuntur.  
Derasē gymnasiorum parietibus, simulacrisq; sc̄rdes calfaūt.  
Tuberculū, quæ ægre ad coctionē perducantur, dissipant. Des-  
quaminatis, & ulceribus senum prosunt.

### De Elæomelite.

### Cap. XXXVII.

N Palmiris Syriæ, quod Elæomeli vocant, ex quodam  
i caudice manat, crassius melle, sapore dulci. Bilem, crua-  
ditatesq; detrahit, sextario cum una aquæ hemina da-  
to. Sed qui sumpsere, torpescunt, & viribus deficiuntur; quod  
minime uereri oportet, uerum crebro excitare, ne ueterno pressi  
sonnos captent. Fit & oleum è pinguitudine surauorum oleæ.  
Optimum uetus, crassum, pingue, non turbidum. Calfacit. Pri-  
uatim caliginibus oculorum illinitur. Lepras, neruorumq; dolo-  
res, illitum emendat.

### De Cicino oleo.

### Cap. XXXVIII.

Ianum oleū hoc modo temperatur. Maturi ricini, que  
e uoles quantitate, torrido sole flaccisant, & instrati  
tantisper insolantur, dum uestiens cortex fractus de-  
cidat. Caro colligitur, & coniusta in pilam diligenter tunditur.  
postea in lebetem stanno illitum, qui aquam habeat, demittitur,  
subiectoq; igni feruescunt: & ubi insitum prorsus humorem redi-  
diderunt, sublato ab igni uase, innatans oleum concha tollitur,  
& reconditur. Sed in Aegypto, ubi largior increbruit usus, longe  
secus fieri solet. Nam repurgatos ricinos molæ mandant, et acci-  
rate molitos per sportulam organo exprimunt. Tum quidem e-  
maturuerunt ricini, cum continentibus orbiculis exuuntur. Ad  
psoras, & ulcerā capitis manantia ualeat. Prodest inflammationi  
bus, uuluis conuersis, atq; præclusis. Item indecoris acaricibus,  
& aurium doloribus, Emplastra efficaciora reddit additum. Po-  
tu aquam alio extrahit. Venbris animalia pellit.

## De amygdalino oleo. Cap. XXXIX.

Mygdalinum oleum, quod aliqui metopium uocant,  
 hoc fit modo. Semodius ex amaris nucibus repurgat  
 tis, siccatisq; in pila ligneo pistillo leniter tunditur in  
 offas aquæ, quæ ferbuerit, sextarius adycitur, & ubi dimidia ho-  
 ra humorem hauserit, vehementius, quam antea, tunditur, mox ea  
 bellis premitur, & quod digitis hæsit, concha ex capitur. pressis  
 nucibus rursum hemina aquæ inspergitur, & postquam ebibe-  
 rint, idem opus prosequendum. Singulas heminas reddunt sim-  
 guli modij. Contra uuluarum dolores, strangulatus, conuersio-  
 nes, & eorundem locorum inflammationes efficax est. Vixijs  
 renum, calailosis difficulti urinæ, suspiriosis, lienosisq; proficiet.  
 Dolores capitis, grauitatem audieus, sonos incertos, tinnitus q; di-  
 scutit. Maculas tollit in facie, & autem erugat cum melle radice  
 lilij, & cypria cera, aut rosaceo cerato. Et oculorum hebetu-  
 dines emendat. Ulcera capitis manantia, & furfures cum uino  
 obstlergit.

## De Balanino oleo.

## Cap. XL.

Imili modo fit balantium oleum, quod repurgat ma-  
 culas, lentigines, uaros, & cicatrices migras. Alium sol-  
 uit. Stomacho aduersatur. Contra aurium dolorem,  
 sonos, & tinnitus auxilio est cum anserino adipe instillatum. Si  
 milis sesamini ratio. Fit etiam è nuce iuglante oleum, quod car-  
 tum uocant. Eandem uim habet, quam balanium.

## De Hyoscyamino oleo.

## Cap. XLI.

Yoscyamini sic fit. Semen candidum, recens, ac siccum  
 tunditur, & calida aspergitur aqua, ut in amygdaline  
 no diximus, dumq; insolatur, siccari & partes madidis  
 permisceantur. hoc autem fieri oportet, dum nigrescat, & gra-  
 uiter oleat. Mox pressum atq; excolatum reconditur. Ad aurum  
 dolores efficax est. Pessis miscetur, ad emoliendum uile.

## DE MEDICINALI MATERIA

- De Oleo è grano cnidio. Cap. XLII.
- f Ita è grano cnidio purgato, & tuso. Vis et aluum soluere potu.
- De Cnicano oleo. Cap. XLIII.
- n On secus cnicum oleum temperatur, Cui facileas eadē est, quam factio è cnidio grano, verum invalidior,
- De Rhaphanino. Cap. XLIV.
- r Raphaninū è raphani simile fieri solei cæterorū more, Phihiriases mala ualitudine contractas tollit. Sæcarias cutis in facie emendat. Ad obsonia utuntur Aegyptii.
- m Elanthinum idem, quod raphaninum, potest.
- De Sinapino. Cap. XLVI.
- t Ritum sinapis semen, & calida aqua madefactū, adiecto postea oleo exprimitur. Id ad diuinos dolores efficax est. Transfert humores, qui in altera parte concreuerunt.
- De Myrteo oleo. Cap. XLVII.
- m Yrtei faciundi ratio hæc est. E myrto rugra sylvestri, aut sarcina, foliorum mollissima quæque tusa premuntur. Succo pares omphacini olei portiones adjiciuntur; subiectisq; carbonibus inferuescunt, donec concoquantur. Innatans oleum deradiuntur. Sed longe facilior hæc compositio. Tenera folia contusa coquuntur in oleo, et aqua, & quod innatat, eximitur. Priuatim alijs deiecta in oleum folia in scle manerant. Alij prius oleum inspissant malicorio, cupresso, cypiro, et iunco odorato. Efficacius est amarum gustu, & oleosum, viride, translucens, & olens myrinū. Astringit, et indurat. Ideo medicamentis miscetur, quæ cicatricem obducunt. Prodest ularibus in capite mariantibus, ambustis igni, et popularū eruptiōibus. Facit ad attrita, & furfures, sedis rimas, condylomata, articulos laxa-

tos, corporis sudores, & ad omnia, quæ astrictionem, inspissationemq; desiderant. De Laurino. Cap. XLVIII.

Aurinum fit hoc modo. Maturæ lauri baccæ in aqua coquuntur. siquidem ex obducto cortice quandâ pin guitudinē reddunt, quæ mambus expressa, cōcha ex apit. Alij omphacinum prius oleum cypiro iuncto odorato, & calamo inspissant, deinde mollia lauri folia concoquunt. Alij etiam baccas, donec oleum odorem contraxerit. Alij flyracem, et myrtum addunt. Optimæ laurus ad id lanfolia, & montana. Oleum laurinum utilius, quò recentius, quoq; uiridius colore, amarissimum, et acre. Vis ei excalactoria, emolliens. Venarum spiracula laxat. Lassitudines discutit. Omnibus neruorum eius horroribus, distillationibus, aurum doloribus, malis renum frigore contractis illitum non aliud iuuantius. Attamen potum nauseam parit.

De Lentisano.

Cap. XLIX.

Imilis lentisani ratio. Nam è maturo fructu temperatur, factus prius spissamētis, ut in laurino diximus. Hoc scabiē iumentorū, canumq; sanat. Utilessimū pessis, ac opīs, & leprarum medicamentis. Sudores cōhibet. Nec se aus terebenthinum fieri solet, quod refrigerat, & astringit.

De Mastichino oleo.

Cap. L.

Astichinum è trita fit mastiche, quod contra omnia uulue mala efficax est. Mediocriter calfacit, astrin git, et emollit. Aduersus prominentes stomachi duritas cœliacorū, dysentericorumq; cruciatus, utile. Facie emaciat, & colorem nitidum facit. Optimum in Chio insula componitur.

De unguentorum ratione,

Cap. LI.

E ratione unguentorū consequenter tractandum existimauimus, quandoquidem ea in nonnullis corporū uitij, aut medicamentis mista, aut corpori perfusa, aut naribus

## DE MEDICINALI MATERIA.

obiecta, plurimum profunt. In quorum probationibus consuleat re narcs oportet, an ea oleant, ex quibus temperantur. Optimu[m] huicmodi iudicium, quod in quibusdam plane obseruari non potest propter ea, quæ admiscentur odore cæteris præualentia, ut in amaracino, & crocino, tellino, & plerisque aliis, quæ crebra ac ea hac meditatione experiri conueniet.

### De Rosaceo.

### Cap. LII.

Rosaceum oleum sic fit. Tunc odorati quinq[ue] libras, & bessem tundito, et subaltas aqua in duabus elei libris, & quinunce subinde mouendo coquito. Dumq[ue] per colaueris, in olei libras uiginti, & quincuncem, adiucito rosas non madefactas numero mille, & maribus melle perunctis identidem moueto, sensim premens finito nocte tota macerari: postea exprimito, & ubi recrementum pessimum ierit, mutato uase, in craterem melle illitum recondito. Cæterum rosas, quæ antea pressæ fuerint, in labellum demittito, & affusis octo libris, & quadrate sibi fissati olei iterum premito: erit q[ui] secundariu[m] oleum. Quod si tertias usque, quartasque perfusiones infundens exprimere uoles, secundariu[m] fiet tertiaru[m], et quartariu[m] ungueniu[m]. Sed quoties id feceris, uasa melle oblinii debet. Si uero secundâ adiectione instituerelibet, in expressum oleum numero pari recentes rosas nullo humore imbutas iniciio, manibus melle præmadefactis, agitans premito. & iterum, tertio, aut quarto, simili modo exprimens facio, totiusq[ue] recenteis rosas detractis unguibus immicito. fiet enim ita oleum multo ualidius. Nam septies oleum rosarum infusionem admittit, nec amplius. Prælum melle perungatur. Oleum à succo diligenter secerni oportet, nam si minimum quid relinquitur, unguentum corruptet. Alii autem detractis unguibus, rosas tantum oleo macerant in sole hoc modo. Rose, quæ selibram pondere eæquant, in sextario olei diebus octo madefacta, & usque terram perfusionem quadraginta diebus insolantur, et sic oleum re-

**c**onditaur. Alij calamo, aut aspalatho prius olei fissamenta faciunt. Alij coloris causa anchorasam admiscente, & jalem quomodo oleat. Vim astringendi, & refrigerandi obtinet. Fomentis et cataplasmatibus utile. Potum solvit aluum. Stomachi ardorem restinguit. Ulcera caua replet, et mulcat, que cacoethe vocantur. Ulceribus in capite manantibus, atque feruiris eruptionibus illinitur. Caput dolens eo perfunditur. Dentes inter initia doloris colui prodest. Ad genarum duritas illum efficax est. Ad lacerata interanea, & concitatas uulnus utilissime subjicitur.

De Elatino.

Cap. LIII.

Racca elata iusa, & sacrificata in labellum deicyatur.

**f** Omphacinum oleum triduo infunditur, mox per spiculam exprimitur. Verum pares esse debent uiriusque portiones, deinceps mundo vase ad usum reconditur. Viribus rosaceo proportione respondet. Aluum tamen non molit.

De Melino.

Cap. LIV.

Elinum oleum hoc modo temperatur. Olei congius, decem aquae sextarijs ammisctetur. Adycitur spathae fractae quadratis, & iuncta odorati uncia, que die uno macerata coquuntur, mox in uas oris patuli oleum excolatur, & indita harundinacea crata, aut uetus la tegete, cotonea mala superponuntur, & uestimentis operata tantisper imbi resident, dum malorum vires ad se oleum alliciat. Aliqui cotonea, decem dierum spatio operimentis involuunt, ut continetur odor, nec evanescat. Postea biduo macerata oleo, exprimuntur, oleumque reconditur. Id uim refrigeratoriam, & astringentem habet. Contra scabiosulcera, & que serpunt, ac furfures, permixtusque efflum præbet. Exulceratis uulnus infunditur. Citatam urinam fistit inditum. Sudores cohibet. Contra cantharidas, buprestim, pincrum erucas, bibitur. Laudatur maxime, quod cotonea mala olet.

De œnanthini compositione.

Cap. LV.

## DE MEDICINALI MATERIA

Enanthe è labrusca, optime olenis postquam emeratis,  
deiecta in omphaeanum oleum mouetur, uoluitur q̄, &  
cum biduo manserit, exprimitur. oleum reconditur.  
**Astringit**, proximum rosaceo effectum præbens sed aliud non  
resoluit, aut mollit. Probatissimum est, quod odore enanthem  
refert.

### De Telini componendi ratione. Cap. LVI.

Oeni græci libræ quinq̄, calami libra una, cypiri li-  
bræ duæ, olei libris nouē septenis diebus macerantur  
quotidie ter mouentur, postea premuntur. Aliqui pro  
calamo cardamomum substituunt, & cypiri loco xylobalsamum  
macerant. Alii oleo antea his odoribus spissato fœnum græcum  
macerantes exprimunt. Hec telinum absensi immollit, & con-  
coquit. Omnibus uularuntur duricis magnopere conuenit. Fœ-  
minis difficile parientibus subtilitatur, ubi præ excretis humoribus  
loci siccitudinem contraxerint. Sedis inflammaciones lenit. Te-  
nusmo subditum prodest. Ulcera capitis monantia, furfuresq; ex-  
purgat. Ambustis, & pernionibus addita cera proficiat. Vitia cu-  
tis in facie emendat. Pigmentis ad conciliandum faciei nitorem  
inseritur. Eligi oportet recens, quod non uehementer fœni græci  
odorem præ se ferat, & manus obsterget, sapore ex dula in ama-  
rum inclinato: tale enim optimum iudicatur.

### De Sampuchino. Cap. LVII.

Erpylli, casiae abrotonti, florum sisymbrii, frondi myr-  
ti, sampuchi singulæ portiones, quadā pro viribus sin-  
gulorum coniectatione, una tunduntur, atq; is ompha-  
eani olei modus adiicitur, qui madentium uires non euincat. hæc  
post quadrivium exprimuntur. denuo alia, simili mensura, &  
æ quali tempore macerata premuntur: ita enim ualidius reddi so-  
let. Eligi oportet sampuchum colore nigrum, plurimum, redolens,  
mediocriter acre. Vim habet acrem, calfactoriā, extenuan-

tem. Aduersus uulue præclusiones, conuersionesq; efficax est. Menses, & secundas partus extrahit. Vulue strangulatus recreat. Lumborum, inguinumq; dolores lenit, sed cum melle uti eo præstat, quandoquidem uehementi astrictione locos indurat. Lassitudines illatum discutit. In opisthotonicorum, uulorumq; caplasmata uti iissime additur.

De Ocimini compositione. Cap. LVIII.

Cuminum oleum fit, ut cyprinum. ocimi folia detrahens libraru undecim, & bessis pondo die noctuq; uiginti olei libris macerato, premitto, colato. Cūq; exhaufsis quallum, rursus parē olei modū fundito, & exprimito. Vocatur autē id secundarium: nā tertiae perfusionis non est capax. Deinde recens ocimum & quali pōdere, ut in rosaceo diximus, maceratur: & cū tanto tēporis sp̄atio maduerit, exprimitur, et oleum recōditur, quod si in animo fuerit ter aut quater madefacere, semper ocimū recens addes. Potest ex omphacino confici, sed illo modo melius. Idem quod sampsuehnum potest, sed inefficacius.

De Abrotonini compositione. Cap. LIX.

Lei cyprini odoribus imbuti libris nouem, & quincūce, foliorum abrotoni libras octo die, noctuq; madefactus premitto. quod si in longum tempus oleum uelis afferuari, eiusq; prioribus folijs, noua appones, & macerata ex primis. Calfacit. Ad uulue duricias, præclusionesq; efficax est. Menstrua, & secundas pellit.

De Anethini compositione. Cap. LX.

Lei libris octo, & dodrante: florū anethi libras uncin, & bessem maceratus, manibus premito, & redito. q; si iterū perfundere uelis, recentes anethi flores consimiliter madefacito. Vuluarū duricias emollit. Venarū sp̄ia rauula laxat. Cōtra rigores febriū circitu redeuntes auxiliatur. Calfacit. n. et lassitudines discutit. Prodest artiadorū doloribus,

# DE MEDICINALIA MATERIA

De Sufini compositione. Cap. LXI.

Vfinum quod alii lilio appellant, sic temperatur.

**S** Olei libræ nouē cum quincuncie, calami libræ quinq;  
et quadrans, myrrhæ uncie quinq; permixto odorife  
ro uino decoquuntur, et colato oleo, cardamomi tusi, et cœle  
sti aqua madefacti librae tres, et semis maceratur, premuntur q;. Tres librae cum semisse spissati olei assumuntur. Mille lilia de-  
cerptis foliis in latum labellum demittuntur. Iniectum, oleum, ma-  
ribus melle perunctis agitatur. die, noctuq; conquiescunt, et in  
pyxidem matutinis exprimuntur. Oleum protinus ab aqua, que  
simul expressa fuerat, colo incertu oportet: non enim, ut rosaceū,  
mora tolerat. Nam concilfactum seruet: et computrescit. Qua-  
re saepius decapulandum. Vasa melle illinenda. Tenuis sal in  
inspargendus, et si qua sordes uasis fauibus hœ sit, eximenda.  
Odoramentis iam expressis ex quafillo in labellum transfusis,  
vursum olei prius odoribus imbuti, quod primum fondus aequet,  
et cardamomi tusi drachmæ decem coniauntur. Hæc mambus  
scite pressa interiecta breui mora exprimuntur. quod profluit,  
repurgatur. tertio eadem infunduntur adiecto cardamomo, et  
sale, et maribus melle madefactis. Longe optimum erit, quod  
prius exprimitur. Proximum, quod sequitur. Tertium locum si-  
bi uendicat, quod ncuissimum prodiit. Denuo in mille lilia euula-  
fis foliis, expressum primo oleum infunditur: tum porrò proser-  
quendum, eademq; facienda, ut prius, addito cardamomo, dein ex-  
presso. Et quo frequentius recentia lilia maceraueris, eo ualidius  
unguentum efficies. Deniq; cum factum abunde uidebitur, singu-  
lis compositionibus miscere conuenit myrrhæ quamoptima du-  
as, et septuaginta drachmas, et croci decem, cardamomi quinq;  
et septuaginta. Croci uero, et cinamomi pares portiones tun-  
duniur, et cribratæ in labellum cum aqua demittuntur; expres-  
sumq; primo unguentum infunditur, et paulopost excipiuntur  
uasalis

uasculis siccas myrrha, aut gummi antea perfusis, & croco, mela-  
le, & aqua, maledictis. Eadem fumti in altera, aut tertia expre-  
sione. Aliqui simplex ex balantino, alio'ue oleo, & lilyis compo-  
nunt. Optimum esse constat in Phoenice, mox Aegypto fa-  
ctum. Sed cum primis laudatur, quod lilia redolet. Excolfacit.  
Emolit, Vuluæ pœclusiones laxat, & collectiones aperit. Ut  
lissimum ad muliebria mala. Ulcera in capite manantia, feruidas  
eruptiones, uaros furfuresq; emendat. Vibices, cicatricesq; celeri-  
me ad colorem reducit, ha ut saepe fallant. In summa extenuat.  
Potum bilim per alatum extrahit. Virginam ciet. Sed stomacho alie-  
num est, & nauicem parit.

De Narassini compositione. Cap. LXII.

Arassim olei spissamenta ita fuint. Sex libræ aspalath-  
i n thi cum sextante rudentur, olei eloti libræ septuagin-  
ta cum uncis quinq; assumuntur. Aspalathus aqua  
malefactus in tertia olei parte coquitur, quo exempto, calamus  
quinq; libris, & besc, cum myrra gleba contunditur, cribra-  
tusq; ac uino ueteri odorato immixtus decoquitur, simulac autem  
auenijis efferbuerit, eximitur. Refrigeratum oleum excolatur, cu-  
ius portio in labellum mittitur. Flores narassi q; plurimi coniiciā-  
tur, qui bidui spatio, ut in sifino dictum est, permoti exprimuntur.  
Oleum subinde decapulandum: si quidem celerime putredine  
senit. Valeat hoc ad emolliendas uuluæ duraas, pœclu-  
sionesq; sed capitidis dolores facit.

De Croant olei compositione. Cap. LXIII.

Vm croantum componere uoles, prius olei, ut in sifiso  
no diximus, spissamenta facies eisdē ponderibus, &  
mensuris, cuius olei libras treis, et semissim, r cocci un-  
ciā unā assunes, idētide in die moueto; et sexta die, quam hoc af-  
fiduo peregeris, oleū à croco colis incernito. Eide croco parē olei  
modū adjato. Moue triduo. Dein cōtusæ myrraæ, atq; cribratæ

C

## DE MEDICINALI MATERIA

drachmas quadraginta præmisceo. Et in pila agitans recondito. Aliqui parē cyprini portionem oleo aromatitus ad crocīnum imbuo adiiciunt. Optimū est, quod abunde crocam spirat, in medēdi usū expeditum. Proximū, quod myrrā refert. Calfacit. Somnū allicet. Quare p̄sæ pe phreneticis subuenit, aut perfusum, aut naribus admotum, aut illitum. Pus mouet. Ulcera purgat. Contra uulœ duricias, atq; præclusiones, Et ulcera, quæ accidere uocantur, prodest, cū croco, cera, medulla, duplicatio olei pondere. Concoquit enim, emollit, humectat, et præmulcit. Ad calerū glaucones ex aqua illimitur. Huic autem simile est butyrum, onychinū flyracinū, quæ eisī nominibus distant; uiribus, Et compositione cognata sunt.

### De Cyprini spissamento, et olei cōpositione. Cap. LXIII.

Lei omphacini eloti pars una, aquæ cœlestis dimidiū, caius una parte oleū diluitur, altera adiiciendis odo-  
ramentis ommissetur. dein assūptis aspalathi libris  
quinquæ, et semisse, calami libris sex, et semisse, myrrhæ libra una  
cardamomi libris tribus, Et dodrante, olei libris nouem, Et uncis  
quinquæ. Aspalathus tufus, Et aqua affusus decoquitur in oleo,  
donec eferuescat. Myrrha autem uino ueteri odorifero subacta;  
confususq; calamis digeruntur in offulas, quæ exempto aspalatho  
immittuntur, Et ubi efferuerint, sublato aheno, oleum per-  
colatur. Cardamomum tufum reliqua aqua aspersum infundis-  
tur, spatha agitatur; nulla, dum refrixerit, interpellatione. Post  
hæc colato oleo, in uigintio eto libras olei, floris ligustri, quod cy-  
prum uocant, sex Et quadraginta libræ cum besse instillantur. q  
sufficienter madefactæ per sportulam exprimuntur. quod si co-  
piosius desideretur, idem florū pondus iniectum simili modo  
prematur, Et iterum, aut tertio, si quis uelit madefacere, poterit,  
Et ita reddetur efficacius. Eligi oportet bonum, quod aim odo-  
ris suavitate nares feriat. Aliqui cinnamomum addunt. Calfuz-

cit. Emollit. Venarum spiracula laxat. Vuluæ, neruorumq; ul-  
tis conuenit. Pleuriticis, fractisq; per se uel cerato immixtum.  
Malagmatis impotè solet, quæ opiflomaticis, angina laboranti-  
bus, inflammationiq; inguinum oppitulantur. Item acopis.

## De Irini spissamento. Cap.LXV.

Pathæ q; maturissime contusæ sex libras cum besse, in  
tribus, & septuaginta libris, & quincunce olei: æreo  
uasæ, additis decem aquæ heminis incoquito, quoad  
odorem acceperit: postea in craterem melle oblitum collato, ex  
eo aromatibus imbuto oleo, irinum primo temperatur, macerata  
Iride, ut scripsimus. Sed alia est componendi ratio. In olei se-  
ptuaginta libris, & quincunce, xylobalsami (ut dictum est) contu-  
si, libras quinq; & sextantem excoquito. postea detracto xilo-  
balsamo nouem libras, & dextantem adijato, & myrrhæ gle-  
bam uetere uino odorato perfusam, & in olei odoribus imbuti  
quatuordecim libris tantudem tusæ iridis, binis diebus, ac nocti-  
bus madefacito, strenue, & uebementer distringo. quod si  
uis ualidius fieri, par pondus iterum, ac tertio maceratum exprimito.  
Longe optimum est, quod solam irin olet, quale est in Per-  
ge, in Pamphilia, & Elidæ Achaæ natum. Vim habet calfa-  
ctoriam, atq; emollientem. Crustas adimit. Sordida ulceræ, &  
putrida purgat. Confert fœminis uulnæ affectionibus obno-  
xiis. Item inflammationibus eiusdem, atq; præclusionibus. Par-  
tus euicit. Hæmorrhoidas laxat. Contra aurium sonitus ex ace-  
to ruta, & amaris nucibus, prodest. Diuturnis destillationibus na-  
ribus illitum, & contra graueolentia earum ulceræ, quas oze-  
nas uocant, auxiliatur. Aluum purgat cyathus epotus. Facit ad  
ilei cruciatus. Urinam mouet. Difficileis uomitiones adiuuat, per-  
unctis eo digitis, & immisis, uel iis, quæ ad uomitum ciendum  
induntur. Anginæ etiæ illinitur, aut ex aqua multa gargarizatur.  
Item contra faucum scabriam. Datur iis, qui cicutam, co-

# DE MEDICINALI MATERIA

riandrum, aut uenena fungorum hanferunt.

De Gleucini compositione. Cap. LXVI.

Leucinam absolute constat emphacino, iuncio, ala-  
mo, celtici nardo, spatha, aspalatho, sertula campana,  
costo, et muslo, circumdati interim uinceis usi,  
quod aromata, unum, et oleum conceperat. Tricem diebus, bis  
in die mouetur: postea expressi in oleum reconditur. Calfacit,  
emollit, cohibet. Rigoribus, et nervorum, uulueque; utilis auxilia  
sur omni accopo inuantus, quippe quod emolliat.

De Amaracino.

Cap. I XVII.

Maracinum longe optimum in cylico fieri sclet ex  
omphacino, et balanino, spissamentis è xylobalsamo,  
iuncio odorato, et calamo factis, asataque; succitate co-  
sti, amomi, nardi, casiae, cardobalsami, et myrrae odoribus. Ali-  
qui, quo pretiosus fiat, annamomum addunt. Mel autem, et u-  
num assumuntur, hoc in uasorum illitionem, illud ad cogendas  
tusorum aromatum offas. Amaracinū calfacit. Sopore mouet. Vena-  
rū spiracula laxat. Amolliit feruore exitat. Urinam cit. Putre-  
dis ulceribus, ac fistulis perque; utile, necnō humentibus hernijs, post  
que medica manus ogeram suam impenderit. Crustas, et tetra u-  
cera, que theriomata uocant, rumpit. Difficile urinæ illita sede, et  
eius inflammationibus auxiliatur. Hæmorrhoidas illitu solvit.  
Vulue subditum menstruos cursus euocat. Duricias, ac uulue tu-  
mores, dissipat, Vulneratis neruis, lacertisque; cōfert, lenuitur astrin-  
gentibus madefactum, et impositum.

De Megalinō.

Cap. LXVIII.

Actitabatur olim megalinū, sed nunc compositio exo-  
leuit, et prorsus oblitterata est. Cuius ad historiæ com-  
plementum meminisse non fuit alienum. Mistura cū  
amaracino eadem erat, sed resina exuperabat, excellebatque. Qua-  
re leuiter emolliebat. Resina unguentis, neque tutelæ, neque holua-

ptatis gratia, adyiebatur, sed coloris, crassamentiq; causâ. Eata  
tisper coquebatur, dum desineret olere. Cuius coquendæ ratio  
declarabitur, dum de resina discremus.

## De Hedycroo.

## Cap. LXIX.

Vod hedycroon uocant, in coo fieri solet, eisdem præ  
g ditum viribus, & misturis, quibus amaracnum, sed  
francius spirat.

## De Metopio.

## Cap. LXX.

f It in Aegypto unguentum, quod metopion patrio no  
mine appellatur propter galbanum missionem. Nam le  
gnum, in quo galbanum enascitur, metopion uocant.  
Constat amaris nuabius, omphacino oleo, cardamomo, odore o  
rumco, calamo, melle, uino, myrrha, balsami semine, galbanum, &  
resina. Probatur pingue, graui odore, quod magis cardamomum,  
& myrrham, q; galbanum resipiat. Calfacit uehementer, et adu  
rit, atq; extrahit. Ora uenarum apperit. Ulceræ purgat. Ad præ  
ciosos neruos, & lacertos, ad hernias putri humore contractas,  
efficax est. Ceratis, & malag matis infertilis. Rigoribus, conuul  
sisq;, præsertim q;bus ceruix in scapulas deiecta, et retrorsum cō  
tracta est, utile habetur. Sudores aet. Vuluæ spiracula laxat, &  
eiusdem duricias discutit. In summa, molliendi naturam habet.

## De Mendesio.

## Cap. LXXI.

m Endesium confiat balanino oleo, myrrha, cæsia, & re  
sina. Aliqui tamen post singulorum pondera, cinna  
momè exiguum addunt, nullo compendio. Nam que  
simil contrita, non fuere, uim nullam exhibent. Similem metopio  
uim obtinet, sed inferiorem multo.

## De flatte.

## Cap. LXXII.

s Tacte uocatur pinguitudo recētis myrræ cū exigua  
aqua tuse, & organo expressæ. Ea perq; odorata, ac  
preciosa est, atq; unguētū p se facit, flatte nominatū

## DE MEDICINALI MATERIA

Maxime probatur, quæ nullam olei missionem admisit, cuius minima portio compos est virium plurimarum. Vim myrrhæ calidis unguentis correspondentem habet.

### De cinnamomino.

### Cap. LXXIII.

In cinnamominum è balanino oleo, & xylobalsami, calami, iunci odorati spissamentis, atq; annamomi, & seminis balsamini suavitate, quadrupliciter; myrrhæ ad annamomum portione constat. Mel ad cogenda omnia adiicitur. Laudatur acre, molli odore, plane myrrham redolens, crassum odoratum, gustu per q; amaro. Id non à resina, sed myrrha crassitudinem obtinuit. Resina enim neq; amaritudine præbet, neq; ullam odoris gratiam adiicit. Vim habet admodum acrem, amaram, & colfacientem. Itaq; ora uenarum aperit. Calfacit. discutit dissipat. Humores, & spiritus attrahit. Caput aggauat. Contra uulue uitia cum duplo oleo, cera, & medulla efficitur. Ita enim fere acrimonia exolescit, et quædam emolliendi uis contrahitur. Alioqui adurit, & præ cæteris unguentis indurat. Facit mirum in modum ad fistulas, & ulcera, quæ putredinis uitium senserunt. Item ad hernias humidiore, carbunculos, febrium rigores, tremores, gangrenasq; cum cardamomo. Aduersus serpentum morsus, illinitur. Scorpionum, & phalangiorum ictibus cum tritis grossis imponitur.

### De nardino unguento.

### Cap. LXXIII.

Atio nardini facundi euariat. Nam aut malabathri no folio, aut sine eo fit. Complurimum autem balanino oleo, aut omphacino, iucus odoratus spissamenti gratia adiicitur, sicuti propter odoris suavitatem costius, amoenus, nardum, myrrha, balsamum. Laudatur tenue, non acre nardi, aut amomi odorem referens. Vis ei extenuans, acris. Expurgat, Excalfacit, Humorem extenuat. Hec liquidum est, nec habet strigimenti crassitudinem, nisi resinam recipiat. Fuit etiam

*Simplex ex omphaeno oleo, junco, calamo, costo, & nardo.*

De Melobatrino.

Cap. LXXV.

*Alabathrinum spissamenta nardini habet. Insuper m myrrha additur. qua de causa calfacit, crocino, aut a= maracino, viribus correspondens.*

De Iasmino.

Cap. LXXVI.

*Pud Persas fit, quod iasmínū cognominatur, ex al= bis floribus uiolæ, quorum sextans, in italicum sexta= rium sesamini olei demittitur, uiolis, ut in lilino dixi= mus, uicissim permutatis. Apud Persas inter epulandum usurpa= tur odoris causa. Nam toti corpori conuenit, præsertim cum in= balneas descensum est. Sed his opitulatur corporibus, quæ calfa= ctionem, laxationemq; desiderant. Grauius enim spirat, quam ue= libenter à plerisque recipiatur.*

De Myrrha.

Cap. LXXVII.

*Yrrhalachryma est arboris, quæ in Arabia gignitur, m ægyptie spinæ non dissimilis: è cuius uulnere de flue lachryma in subiectas tegetes. Alia circum caudi= rem concrescit. Dicitur ex his aliqua pediasimos, præpinguis, qua expressa flotte emittitur. Alia gtbirea, pinguisima, laeto pingui solo nascens, ea copiosam sudæ flacten. Omnia pri= ma est, quæ troglodytica appellatur, accepto cognomine ab tra= ftu, in quo prouenit, splendens, subuividis, ac mordens. Quin etiam legitur tenuis quædam, quæ trogloditicæ secunda est, bdejy modo mollis, uerum odore grauiuscula, apricis na= scens. Alia caucalis cognominatur, scabra præter modum, nigra, & retorrida. Omnia deterrima, quæ ergo simili= citur, pingui carens, cano situ obducta, aeris, ad gumiris ima= ginem uergens, & viribus eius proxima. Improbatur amni= nea cognomine. Ex iis pastilli fiunt, sed è pinguisbus pingues, & odorati, è siccioribus, haud quoq; pingues, & moderati. Mi*

## DE MEDICINALI MATERIA

mus viribus pollet, quæ oleum non admisit, cum in pastillos di-  
gerebatur. Adulteratur macerato gummi aqua, in qua myrrha  
maduerit. Eligenda est recens, squallore obsita, leuis, undiq; con-  
color, quæ confracta internatos quasi ungues candidos, & la-  
ues ostendat, minutis glebis, amara, acris, odorata, calfaciens.  
Superuacua, & inutilis est grauis, coloris picei. Calfacit, cohi-  
bet. Soporem gignat. Siccat, astringit. Vulnem emollit, & præ-  
clusam laxat. Menses, & partus celeriter extrahit, cum absin-  
thio, lupinorum cremore, uel succo rutæ admota. Tuberculo fa-  
bæ deuoratur in ueteri tussi, orthopnoea, in laterum, pectorisq;  
doloribus, in aliis profluvio, & dysenteria. Rigores discutit,  
duabus horis ante febrium accessiones, fabæ magnitudine po-  
ta cum pipere, & aqua. Subdita linguae, liquataq;, scabriuem  
arteriæ expolit. Et densam uocem expedit. Ventris tincas ene-  
cat. Contra grauem oris halitum manditur. Et aduersus alarum  
taedia cum liquido alumine illinitur. Gingivæ, & dentes stabili-  
lit, colluto cum uino, & oleo ore. Vulnera capitis illiu glutinat.  
Medetur fractis auribus, ac ossibus nudatis, peruncta cum  
cochleariæ carnibus. Item purulentis auribus, inflammatisq; cum  
meconio, cassorio, & glaucio. Ad uaros autem cum casia, &  
melle illinitur. Impetigines ex acetо purgat. Defluentes capil-  
los cum ladano, & uino myrteo illita, firmat. Diurnas distilla-  
tiones lenit, illitis pinna naribus. Oculorum ulcera complet. Al-  
bulinges tollit. Caliginem discutit. Scabriuem lævit. Fit è myr-  
rha perinde, atque thure fulga, & ut postea ostendemus, ad ea-  
dem conueniens.

### De Boeotica myrrha. Cap. LXXVIII.

**b** Oeotica myrrha, dissecca radix est arboris cuiusdam  
in Boeotici nascentis. Melior est, quæ myrrham odo-  
re representat. Vis ei calfactoria inest. Emollit, disau-  
titq;, Suffumentis commodissime inseritur.

## De Styrace.

Cap. LXXIX.

Tyrax lachryma est arboris malo cotoneæ similis.

**S**Præfertur fordefens, flauus, resinosiss albicantibus grumis, quā ampliutimum in sua odoris gratia permanens, qui dum mollitur, melleum liquorem reddit, qualis ē Caslabala urbe, Pissidia, & Cilicia deinceps. Deterior niger, furfurosus, canoq; siccus obductus. Cæterum lachryma inuenitur gummum similiudine perlucida, & myrræ æmula. Verum per pauca manat. Adulteratur ligni scobe, quam uermiculi erodentes excusserunt, melle, & iridis crassamento, & quibusdam aliis. Aliū ceras, aut adipem odoribus imbutum, flagrantissimis solibus cum Styraxe subigunt, & per laxa cribri foramina in frigida aqua uermiculos exprimunt, uenundantq;. Styrazen hunc, quoniam in uermiculorum speciem contrahatur, scilicet cog nominant, quem tanquam syncerum imperiti approbant, non animaduertentes ad præcipuam odoris fragrantiam. Siquidem acer admodum est, qui a alterationis uitio caret. Styrax calfact, emollit, & concoquit. Medicatur tussi, distillationibus, raucedini grauedini, & reuiae uocis. Vuluæ præclusæ ducria ue laboratu conuenit. Cit menses potu appositiq;. Alium leuiter mollit, si exiguum cum resina terebinthina bibatur. Massetur utiliter discutientibus malagmati, acopisq;. Adoleatur autem. & igni torretur, ut fiat ex eo uelut ex thure fuligo, ad eadem conueniens, ad quæ thuris fuligo. Ex eo etiam in Syria Styracium oleum componitur, quod calfact uehementer, & emollit. Verum caput dolore officit, ad grauataq;, & soporem affert.

## De Bdolio.

Cap. LXXX.

**b**Delum alij Bolchon appellant, ali madelon. Lachryma est saracenicæ arboris. Probatur gustu amarum, translucidum taurini glutinis in morem, ineus

## DE MEDICINALI MATERIA.

pingue, liquefcens facile, ligni, ac fordinis expers, suffitu odora-  
tum unq; simile. Est etiamnum bdelii genus fordinum, nigrum,  
in offas conuolutum, aspalathi odore, ex India aduentum. De-  
fertur etiam à Petra oppido siccum, resinosum liuescens, sed fa-  
cultate secundum. Adulteratur gummi, sed ita uitiatum non  
permittit gustui amaritudinem representat, nec usq; adeo sufficio-  
nibus odoratum. Calfasit, & emollit. Duriaas, & turgentia  
guttura, humidasq; hernias discutit cum ieiuma salvia imposi-  
tum. Vuluæ spiracula laxat appositu, & suffitu. Et partus hu-  
miditatesq; omneis extrahit. Calulos potu comminuit. Vris-  
nam mouet. Tussientibus à serpente percussis, utilissime datur.  
Valet ad rupta uulsa, intentas laterum membranas, & disar-  
fantes spiritus. Malagmatis inferitur, que contra duricias, &  
neruorum nodos profunt. Contusum resolvitur affuso uino, aut  
aqua calida.

### De Thure.

### Cap. LXXXI.

Hus in ea gignitur Arabia, que thurifera cognomè  
natur. Primum tenet in eo genere masculum, stag-  
nas appellatum, suapte natura rotundum. Tale au-  
tem individuum est, candidum, cum frangitur intus pingue in  
suffitu statim ardens. Indicum uero fulvescat, & colore liuet.  
Sed rotundum industria factitant. Nā in quadrangulares for-  
mas dissestū dolis uersant, donec rotunditatem contrahat. Ve-  
rum huiusmodi thus tempore flavescat, quod atomum, aut sya-  
grum appellant. Secundum locum habet arabicum, & in Smy-  
lo nascens, quod aliqui copiscum uocant, minus multo, & ful-  
vius. Est & genus aliud, cui amyntæ cognomen est, alioqui  
candidum, quod dum mollitur, mastibes more digitis cedit. Adul-  
teratur pini resina, & gummi. quod facile deprehendi potest.  
siquidem suffitum gummiflammam non excutatur, & resina

in fumum evanescat. Thus uero statim ardet. Idem maleficium odor prodit. Ad calfaciendum, & astringendum follet. Oculorum caliginem discauit. Causa ulcera compleat. Et ad cicatricem perducit. Cruenta uulnera glutinat. Infcetatq; sanguinis eruptiones, etiam si cerebri membranis effluat. Ulcera, quae cæcethe vocantur, & sedis, & reliquarum partium permulcat, tritum cum eo, & lacte linamentum. Formicantes verrucas inter initia, impetiginesq;, ex aceto, & pice illi. um tollit. Ambusta igni, pernioresq; cum suillo adipe, aut anserino, & ulcera in capite manantia cum nitro, si infriteret sanat. Paronichius cum melle, auribus fractis cum pice, medetur. Ad reliquos aurum dolores cum dulci uino infunditur. Inflammatae à partu mammae cum amolla, & rosaceo magna utilitate perunguntur. Additur ad arteriæ, uiscerumq; medicamenta. Prodest sanguinis ex creationi potum. Sed in seunda ualeutudine haustum insaniam monet, & largius cum uino potum interficit. Infectili mundo thus crematur flagrante glebula succensum à lucerna, donec exuratur. post perfectam ussionem operire oportet, usque dum restringatur, sic enim in cineres redigitur. Aliqui ollulam æneo uase cauo circa medium perforato cingunt ad excipiendo fuliginem, ut in eius mentione mox ostendemus. Alii crudo fictili luto oblio, & in furnum indito, cremant. Fictili etiam nouo uiuacibus prunis torretur, dum non amplius bullet, aut uaporem emittat: facile enim communuitur quod perustum non est.

## De Cortice thuris.

## Cap. LXXXII.

Ræfertur thuris cortex crassus, firuis, odoratus, p recens, laevis, minime scaber, sine membranis. Adulteratur admixto pinii, aut ruciis eius cortice, sed horum index ignis est. Siquidem reliqui cortices suffici nequaquam irar-

## DE MEDICINALI MATERIA

duntur, sed sine odore fumum eructant. Thuri uero cortex ardet, & cum odoris fragrantia uaporem eiaculatur, Thuri modo uritur. Et uis eadem, quæ thuri, sed ualidior, astringentiorq;. Quare cruentis excretionibus, uulnus fluctione laborantibus, in pessò consert. Ad causa oculorum ulcera, cicatrices, sordesq; efficax est. Tostus scabris lippitudibus auxiliatur.

De Manna thuris. Cap. LXXXIII.

Anna thuris probatur candore, micarum frequentia,  
m & puritate. Vim habet eandem, quam & thus, sed in  
ualidiusculam. Sunt, qui cibrata pinè resina, ac polli-  
ne aut cortice thuri contusi adulterant. sed hæc igne depreben-  
duntur. Neque enim æque suffici aërium uaporem, sed fuligi-  
nosum, & impurum expuit, & permixtum suaveolentiaæ odoris  
uirus habet.

Do fuligine thuris. Cap. LXXXIII.

Vlginem thuris sic facio. Forcipula, lucernis accen-  
f fas singulatim thuri glebas, in nouam fistilem ollam  
concauam imponito, & æreo vase in medio perfra-  
go, deterfa diligenter sordes, obtegito. Aliam ad moueto in altero,  
aut utroq labro, subiectis quaternūm digitorum altitudine lapil-  
lis, quò facilius perspici queat, si uratur. Et qua locis capax fue-  
rit, glebulas alias supponito, & anteā, quād prorsus prior gleba  
restinguatur, aliam imponito, donec sufficientem fuliginem ui-  
dearis aceruisse. Continuo tamen externæ æramēti partes spon-  
gia aqua frigida madefacta, abstergantur. Ita enim temperato  
æris feroore, fuligo omnis inhærebit. Quæ alioqui per leuita-  
tem decidua, thuriu cineribus admiscetur. Derasa itaq fuligine,  
cenis, cremati thuri seorsum substrahendus est. dem opus, quo-  
ad satisfactum tibi videbitur, obeundum. Oculorum inflamma-  
tiones mitigat, Fluctiones suspendit. Vlæra purgat. Causa ex-  
plet. Carcinomata fistit.

De Fuliginis compositione. Cap. LXXXV.

*f* Imili modo è myrrha, resina, styracæ, reliquisq; lacrymis, fuligo excipitur, ad eadem conueniens.

De pinu, & picea. Cap. LXXXVI.

Inus, & picea generi eidem ascribuntur, sed quandā

*p* flagitant specierum distinctionem. Arbores uulgo cognitæ, quarum cortex astringit. Prodest tritus, &

illitus intertrigim, ulceribus sommum corpus occupantibus, amebusq; cum spuma argenti, & manna. Ulcera delicatiorum a crimoniam recusantium cerato myrtino exceptus ad acutricem perducit. Tritus cum sutorio atramento serpentia cohabet. Sufficiunt partus, & secundas ejicit. Potus aluum fistit. Urinam mouet. Folia eorum trita, & illiti inflammationes leniunt. Vulnera ab inflammatione vindicant. Trita autem, & decocti in acetato, feruenti collutione, dentium dolores mulcent. Hepaticas uilia sunt, drachmæ pondere in aqua, aut nulsa potu. Pineæ nuas cortex, & folia potu eadem præstant. Teda partculatum si ceta si in acetio coquatur, & decocto dens colluatur, dolores leuat. Ex his etiam fit spatha acporum, pessorumq; compositionibus idonea, quinetiam earum crematarum fuligo ad librarij atrameni confectionem excipitur. Ea circumlitioibus efficacissime imponuntur, quibus palpebras ornant, coloremq; mentiuntur, calliblephaera græci vocant. Arrofis oculorum angulis, callofis glabrisq; genis, & collachrymatiobus opitulatur. Pityides appellantur pinorum, piceæq; fructus, qui in conis inueniuntur. Vim astrictriam habent, & aliquantum exalfacientem. Tussi, & pectoris uijs auxiliantur, per se, aut ex melle sumpti.

De pineis nuabus. Cap. LXXXVII.

*n* Væs pineæ cum repurgatæ mondūtur, aut cum pasto, aut cucumeris semine bibuntur, urinam cident. A crimonias in renibus, aut uescit hebetant. Stomachi

## DE MEDICINALI MATERIA

rofiones leniunt, datæ cum portulacce succo. Virium infirmitatem roborant. Corruptorum quoq; humorum labem obtundunt. Pineæ nuces recenter arboribus decerpæ in passo franguntur, & decoctæ, uetusste tussi, ac tabititudinè conferunt, si quotidie ex eo liquore terni cyathib; bibantur.

### De Lentisco.

### Cap. LXXXVIII.

Entiscaus nota arbor est, cui uis inest astringendi. Semini enim, folio, ramo, cortici, radicibus q; cognatae insunt uires. Liquamentum autem ita fieri sclet. Folia, cortex, & radix in qua coquuntur, & ubi abunde cocta sunt, folia abiuantur. Aqua denuo coquitur, donic mellis habeat crassitudinem. Lentiscus sua astringendi dote, ualet aduersus sanguinis refectiones, alii profluvia, & dysenterias in potu. Item contra eruptionem sanguinis è uulua, & eiusdem, aut sedis procidentia. In totum acaciae & hypocystidis uicem representat. Idem factus suus è tritis folijs. Decoctum fons cura explet. Et fracta ossa ferruminat. Uluæ fluctiones fistlit. Nomas arcet. Vrinam pellit. Motus dentium colluzione stabilit. Virentes surculi calamolorum uice dentibus repurgandis affricantur. Fit è semine oleum, quod prodest, cum quid astringi opus est.

### De Resina lentiscina,

### Cap. LXXXIX.

Entiscus resinam gignit, quæ lentiscina cognominaatur, & ab aliquibus mastiche. Pota utilis est sanguinem rei cipientibus, & tussi ueteri. Stomacho auxiliatur, sed rufulum mouet. Additur in dentifrica, & illitio-nes faciei ad nitorem cutis conciliandum. Palpebras oculis in-commodas replicat. Manducata halitum oris commendat. Gingivæ contrahit. Optima, & copiosissima in insula Chio prouenit. Præfertur nitidulæ modo resplendescens, & candore ty-bernicæ ceræ similis, adulta, friabilis, odorata, stridorem edens. Viridis autem inferior est. Adulteratur iheris, resinaq;

mistura.

De Terebintho.

Cap. XC.

Erebinthus cognita arbor est, cuius folia, & semen, & cortex astringunt, & ad eadem, ad quæ lentiscus, conueniunt, simili parata modo, sumptaq;. Fructus eius aptus est, sed stomacho aduersatur. Excalfacit. Vrnam mouet. Venerem excitat. Contra phalangiorum morsus conuenienter in uino bibitur. Resina eius ex petra Arabiæ oppido defertur. Prouerit etiam in Iudea, Syria, Cypro, Aphrica & Cycladibus suis. Sed prævalent candida, perlucida, intreco colore, & in cœruleum uergente, odorata, terebinthum olens. Terebinthina resinas omnes antecedit: proxima lentisana, & e pinu, & abiete. Has sequitur è picea & pineis nucibus resina. Natura omnibus calfa cere, mollire, discutere, expurgare. Tussi, ac tabi conueniunt per se, aut in eclegmate ex melle. Vitia pectoris expurgant. Vrnam aeneat. Cruda concoquunt. Ventre emolliunt. Palpebras comodissime replicant. Lepras tollunt, cum erugine, ac jutorio atra mento, nitroq;. Auribus saniem emanantibus, uem in pruritu genitalium uiles. Ma'agmanis acopisq; ammifcentur. Lactrum doloribus illitu, aut appositu auxilio sunt.

Deliquida resina è pinu, & picea. Cap. XCI.

Iquida resina è pinu, & picea, à Gallia & Hetruria conuehi solet atq; olim. Colophonie petebatur, hinc Colophonæ sibi cognomentum uendicauit. A Galatia: quoq; aliisibus contermina, quam uernuculo nomine laricem appellant incolæ. Ea in linetu magnopere prodest tussi ueteri. Colore inter se distant. Siquidem alia candida est, alia oleosa, alia melleiliquoris similitudine, uel larigna. Cupressus etiam liquidam fundit resinem, quæ ad eadem pollet. Quæ uero spissarum generi ascribuntur, quædam ex pineis nucibus, aliae abietæ, aliae picea, & pinu

## DE MEDICINALI MATERIA.

exierunt. Elizi debet longe omnium odora tissima, translucens, non rufa, nec humidā, quandam cœræ faciem præbens, et friabilis. E picea, & abietiæ resinæ, cæteras antecedunt, odoratæ enim sunt, atq; t. us odore imitantur. Præstantiores à Pytiusa in sula deferuntur, quæ secundum Hispaniā sita est. Sed quæ è picea, nucibus pineis, & cypresso manarunt, nihil ad illas, nec tantis viribus potiuntur. Veruntamen eorundem gratia ut illæ summe solent. Lentisana terebinthine correspondet. Vritur resina omnis liquida in uase quadruplici capacitatis ad humorē, qui infunditur. Itaq; resinæ cōgius, in duobus aquæ pluviæ coquitur, subiectis levibus pruni, resina assidue mouetur, donec omnis odor aboleatur, & friabilis. & stridula reddatur, ac digitis cedat. Cæterum ubi refixit, in fistile non pictatum, quod aceratum vocant, id est non illatum, reconclitur. Fiet etiam ex inij candoris, si resina omnis eliquata præcoletur, quo fœculenta sordes exterrantur. Vruntur quoq; sine aqua, primum lento igne, & ubi coire cœperunt, maior carbonum strues supponitur, & triduo circa intermissionem disinquntur, usq; dum seū odoris virus eluerint, Mox, ut dictū est, reponuntur. Spissam unius diei ffacio decoxisse satis est. Vistæ odoratis malazmatibus, et acopis, et unguentori. m colorationibus magnopere utiles sunt. E resina perinde atq; ihure fuligo excipitur, ad circulationes idonea, quibus palpebras faciat, & colorē mentiuntur. Prodest glabris genis, collachrymationsibus, erosisq; oculorū angulis. Ex ea fit atramentum scriptorum.

### De Pice liquida.

### Cap. XCII.

Ix liquida, quam alij conum vocant, è pinguissimi: pinii, piceæq; lignis congregatur. Optima est splendens, sincera, lœuis. Contra uenena, phthisin, purulentam excretionem tusse, suspira, & pectoris humores, qui difficile extussiuntur, efficax est, elegante cyathi mensura cum melle dato. Tonsillarū, & uiræ inflammationes, anginæq; utiliter purgantur.

guntur. Purulentis auribus infunditur cum rosaceo. Et illinitur cum trito sale serpentium morsibus. Adiecta uero pari cera scabros ungues extricat. Tubercula uulue, & duritas sedis, discutit. Cum farinaq; hordeacea, & pueri impubis urina decocta, fistulas rumpit. Cohibet ulcera, quae serpunt, cum pineo cortice, aut sulphure, aut furfuribus illua. Cæterum cum thuris manna, & cerato subductos ulcerum sinus conglutinat. Rimis sedis, & pedum, magno auxilio illinitur. Ulcera replet, & cum melle purgat. Quin & cum uua passa, & melle carbunculos, & putrida ulcera emarginat. Erodentibus medicamentis, quas sepias uocant, probe immiscetur.

## De Picino oleo.

## Cap. XCIII.

Pice fit, quod pisselæon appellant, separato liquore aquoso, qui supernatat pici, sicut serum laculi. Nam expansa, quandiu pix coquitur, supra continam uelle ra madescunt, acceptoq; halitu eius exprimuntur in uas. Quas pix liquida, præbet utilitates. Alopecias capillo replet cum farina hordeacea illitum, quibus & liquida pix medetur. Lumentorum ulcera, scabiemq; emendat.

## De Fuligine liquide picis.

## Cap. XCIV.

*f* It hoc modo è liquida pice fuligo. In lucerna noua, quæ ellychnium habeat, nonnihil picis incendito, lucernamq; fictili vase in cibani speciem conformato, superius in angustum fornicate, inferius perforato, ut cibant esse solent, operito, & adoleri finito, consumptoq; liquore nouum infundito, quo ad sufficientem usui fuliginem collegeris. Vis ei astringens, acrisq;. Vnde est ad pingmenta, quibus palpebras linunt, & uenstant, & ad circumlitiones, item ubi glabris genis pilos refluti oportet, ad imbecilles, lachrymososq; oculos. Insper ad eorundem ulcera non inutilis est.

D

# DE MEDICINALI MATERIA

De Siccâ pice. Cap. XCV.

I quida pix decolla in spissam coie, quam uocant ali-  
qui palimpissam, quo in genere quædā uisa modo len-  
tescat, boscais cognominata. Altera secca est. Probatur  
pura, pinguis, odorata subruffa, resinosa. Calfactoriam um ha-  
bet. Dura emollit. Pus mouet. Tuberculū, panosq; discutit. Ulcera  
replet. Vulnerarū medicamentibus commode permiscetur.

De Zopissa. Cap. XCVI.

Opissam aliqui aiunt derasam nautibus resinam cum  
cera, quam aliū apochyma appellat. Ea dissipandina  
turam habet, quoniam' marino sale macerata sit. Alij  
pineam resinam hoc nomine uocauerunt.

De Bitumine. Cap. xcviij.

Itunen Iudacum cæteris anteponitur. Cuius proba-  
tio est, ut purpuræ modo splendeat, sitq; graue, ac ha-  
lidum odorem ubret. Nigrum autem, & sordidum,  
uitiosum est. Adulteratur pice. Gignitur in phenice, Babylone, Za-  
intho, & Sydonæ. Liquidum inuenitur in Agragantino Sia-  
liae, fontibus innatans, quo utuntur ad lucernarum lumina olei  
uice. Hallucinantur, qui id safficum oleum nominant. Namq; hi-  
quidi bituminis genus esse constat.

De Pissaphalto. Cap. xcvij.

Ascitur in Apollontatarū agro circa Epidamnum, quæ  
pisalphaltos appellatur. Ea ceraunijs montibus deuo-  
luta impetu fluminis rapitur, æstuq; in littus expul-  
tur, illuc coacta in glebas. Mistam bituminis picem redolet.

De Naphtha. Cap. xcix.

Aphitham uocant Babylonij, bituminis colamen, colore  
candidum. Inuenitur etiam nigrum. Vis ei ignium ra-  
pax, ita ut ex spacio protinus in eam tranfiliant.

Ad suffusiones oculorum, & albugines utilis. Bitumen omne digestum, glutinat, emollit. Ab inflammatione tuetur. Vuluarum procidentia, strangulationesque; olfactu, suffitu, impositu emendat. Comitiales morbos suffitum deprehendit, gurgite lapidis more Purgationes mulierum cum uino, & castorio potum elicit. Tussim veterem, & anhelitum adiuuat. Serpentium moribus, & xendiacum, laterumque; doloribus, auxiliatur. Datur cœliacis in capo deucrandum. Cum acetato potum discutit sanguinem concretum. Dysentericas cum ptisana liquatum infunditur. Distillationibus suffitione medetur. Mitigat dentium dolores oblitum. Cæterum pilos incommodos siccum replicat, specillo impositum. Concalfactum autem & cum farina hordeacea, nitro, & cera illitum, podagrī, articulorum doloribus, letargiasque; prodest. Pissasphaltos eadem, quae pix, & bitumen, si miscentur; potest.

## De Cupresso.

## Cap.C.

Vpressus refrigerat, & astringit. Cuius folia ex passo, & exigua mrrha uerba rehumatismis, & urinæ difficultati auxiliatur. Pilulae autem ex uino tuſæ in dysenteria, alii fluctione, tufsi, & orthopnœa, aut si reijciatur sanguis, conuenientissime bibuntur. Earum decoctum eosdem præbet effectus. Tuſæ cum fico duricias emolliunt. Nariumque; polypo medentur. In acetato cocta, & cum lupinis detritæ sabros ungues ejiciunt. Hernias intestinorum prolapsu erumpentes illi- tu reprimunt. Folia eadem præstante. Pilulae cum arboris coma suffitæ, culices abigere existimantur. Folia trita, & imposta vulnera conglutinant. Sanguinem suppressunt. Capillum ex acetato tингunt. Illinuntur per se, aut cum polenta ignibus sacris, ulceribus, que serpunt, carbunculis, & oculorum inflammationibus. Admota cum cerato stomachum corroborant.

# DE MEDICINALI MATERIA

De Iunipero parua.

Cap. CI.

Vniperum paruam græci arceuthida, aliqui Mnesi-  
theū, Alij australidē, Aegyptiū Libium, Galli iupicel-  
lum, Romani iuniperum uocant. Eius duo genera. Al-  
tera maior, altera minor. Vt r̄p acris est. Excalfact, & Vit-  
nam mouet accersa serpentes fugit. Baccarum nonnullæ nucis  
iuglandis magnitudine nonnunquam grandescere, aliæ nucem  
ponticam & quare inueniuntur, rotundæ, odoratæ, in mandendo  
dulces, subamaræ, quæ arceutidis etiam nomen, id est iuniperi  
retinuerunt. Modice calfaciunt, & astringunt, stomacho utiles.  
Contra peitoris uitia, tussim, inflationes, tormenta, & serpentium  
ictus efficacissime bibuntur. Vrinam cident. Unde ruptis, conuul-  
sis, & uulue strangulati subueniunt. Folia acrimoniam habent.  
Ideo tam ipsa, quam eorum sucum ex uino contra uiperarum  
morsus illint, aut bibi prodest. Corticis cinis cum aqua illitus le-  
pras eximit. Ramenta ligni deuorata interficiunt.

De Iunipero magna. Cap. CII.

Vniperus magna, quam aliqui sylvestrem cupressum  
appellant, alijs Mnesitheum, alijs Acitteram, Romani  
Iuniperū: uulgo cognita est, cupresso assimilis. Aspe-  
ris, maritimisq; locis plerūq; nascatur, easdē, quas supradicta, uires  
habens.

De Herba Sabina. Cap. CIII.

Ræcis brathy, alijs baryton, alijs bard, Romanis hær-  
ba sabina appellatur, Duorum generum est. Una fo-  
lijs cupresso similis, spinis horridior, graniter olens,  
acris, & feruens. Arbor est coactæ breuitatis, quæ se se magis  
in latitudinem fundit. Huius felys nonnulli pro suffici utuntur.  
Alter a tamaricæ folio similis est. Vtriusq; folia nomas fissiunt.  
Collectiones illiuu militant. Et cum melle nigricias, scridesq; re-  
purgant. Carbunculos cum uino pota rumpunt. Sanguinem per  
urinam eliciunt. Partus aposita extrahunt. Et si ffatu idem præ-

*Itam. Vnguentis calfacientibus immiscetur, & priuatim gleucino.  
De Cedro. Cap. CIII.*

c Edrus arbor magna est, ex qua picem colligit, quæ cedria vocatur. Iuniperi modo baccas parit, baccarū myrti magnitudine, rotundas. De Cedria. Cap. CV.

Edria optima est crassa, perlucida, ueluti odcris, quæ dum effunditur, guttatum non difficitata coit. Cui ea uis ineft, ut defuncta corpora conseruet, & uiuentia corrumpat. Qua ex causa mortuorum uitam aliqui appellauere. Vestimenta quoq; & pelles, eximia calfaciendi, & incandi docet, corruptit. Magni ad ocularia medicamenta usus. Quippe illita oculis claritatem affert. Albugines, ac acræsq; detergit. Instillata autem cum acetö, uermes aurium necat. Cum hyssopi decocto infusa, sonitus, sibilosq; sedat. Canis dentum Indita eos frangit, & dolores leuat. Quapropter cum acetö colluere eosdem profest. Perunctione ante coitum genitali abortivum fieri constat. Anginæ ea perunguntur. Tonsillarum inflammacionibus auxilio est. Lendes, pediculosq; illitu enecat. Cera, & morfibus cum saule imposita subuenit. Contra hausta leporis marini uenena, in piso sumpta auxiliatur. In elephantia cut linetu, aut perunctione proficit. Pulmonum ulcera purgat, & si cyathus eius scrbeatur, persanat. Tineas, & cætera uentris animalia necat. Infusa partus extrahit. Fit & oleum, à cedria separatum, dum coquitur, uelleribus supra halitum eius expassis, ut in picæ. Eiusdem ad omnia usus. Priuatim uehementer perunctionum factiem quadrupedum, canum, boumq; persanat. Inhaerentes rictus enecat. Ulcera, quæ ex tonsura acceperunt, ad cicatrices perducit.

De Cedride. Cap. CVI.

Edrides cedri fructus vocantur. Calfactoriam vim habent. Stomacho adurrsantur. Auxilio sunt tussi, conuulsi, ruptis stranguriæ. Menses ciunt, ex polline

## E MEDICINALI MATERIA

piperis poti. Contra haustum leporem marinum in uino sumuntur. Serpentes fugantur, per uncto ex adipe ceruino, aut medulla, corpore. In antidota adduntur. Fuliginem, quomodo ex pice, congeri oportet, quæ eadem, quam picea fuligo, uim præbet.

De Lauro.

Cap. CVII.

Aurus quædam tenui folio conflat; Altera latiore.

l Vtraq; excalfactoriam naturam habet, & emollientem, Vnde decoctum earū in muliebres infessus additum, uulue, & uesticæ uitij's conuenit. Virentia folia sensim substringunt. Illa quoq; uestis parum, apumq; ictibus opitulantur. Ea dem cum polenta, aut pane illa inflammationem omnē mitigant. Sed pota stomachum effundunt, & uomitiones incidunt.

De Baccis lauri.

Cap. CVIII.

Auri baccæ magis, quam folia calfacta. Ergo in elegmate cum melle, uel paſſo profundunt tabi, orthopnoe & omnibus thoracis rheumatismis. Contra scorpiōis ictus ex ullo bibuntur. Vitiliges emaculant. Succus baccarū utilissime aurum dolori, & grauitati inflatur, cum uino ueteri, & rosaceo. In medicamenta autem adiiciuntur, quæ nervorum lassitudines reficiunt, acopa uocant, & ad unguenta, quæ calfacta. & discutiant. Cortex radicis caulos rumpit. Partus nescit. Hepaticis prodest, tribus obolis in uino odorato potus.

De Platano.

Cap. cix.

Eneritina platani folia in uino decocta, mox illata. oculorum fluctiones fistunt. Tumores, & inflammations leuant. Decocetus cortex in aceo, dentes in dolore colluit. Virides pilulae in uino potæ, serpentium morsibus auxiliantur. Exceptæ autem adipe igni ambusta sanant. Incidens foliorum, pilularumq; lamugo, oculos, & aures offendit.

De Fraxino.

Cap. cx.

f Raxinus arbor nota est, atius folia cum succo peruncta aut ex uino pota, uiperarum ictibus auxiliantur.

tur. *Corticis artis ex aqua illitus lepras eximit. Ramenta, scobemq; ponit, perniciem afferre traduntur.*

De Populo alba. Cap. cxii.

*Otus albæ populi cortex unciæ unius pondere, ifchia dicti, ac urinæ stillicidio prodest. Aboruum fieri trandum, si cū mulino rene bibatur. Folia quoq; cum uino post purgationes pota, idem præstare produntur. Tepens foliorum sucus utiliter aurum dolori inflatur. Pilulae, quæ primo foliorum partu exiliunt, illitæ cum melle, oculorum hebetudini medentur. Memorice prodiderunt corticem albæ populi parciatim cæsum, & sulcis stercoratis mandatum, omni tempore annis edules fungos proferre.* De Macere. Cap. cxii.

*Acer ex barbaria aduehitur, cortex flavescentis, crassus, gustu per quam astringens, quæ contra cruentas ex creationes, dysenterias, & alii fluctiones bibitur.*

De Vlmo. Cap. cxiii.

*Lmi & folia, & cortex, & rami, uim habent spissam di. Folia trita ex aceto ad lepras efficaciter illununtur.*

*Vulnera glutinant, sed multo magis corticis tilia, fasciæ loco intorqueantur. Nam lori more flecti potest. Crassior cortex in uino, aut aqua unciatim potus, pieuitas trahit. Fracta ossa celerius solidescunt, si decocto foliorum corticis, aut radicis foueantur. Humor in folliculis enascens prima germinis eruptio ne, cuti illatus nitorem inducit, faciemq; splendidiorem præstat. qui dū siccatur, in animalia abit, quæ culicum formâ gerunt. Etilia cum tenerescunt, holerum more ad obsonia usurpantur.*

De Lignorum marcore. Cap. cxiv.

*Ncidens caudicibus, lignisq; ueteribus caries conge ritur, quæ farinæ modo illita, ulcera purgat, & ad cicatricem perducit. Serpentia cohabet, si cū pari aniso, & uino subacta, linteisq; imposita, illinatur.*

# DE MEDICINALI MATERIA

De Populo nigra.

Cap. CXV.

Opuli nigræ folia cum aceto illita, magna utilitate po-  
dagricis doloribus illinuntur. Resinam populus fun-  
dit, quæ in malagmata additur. Semen potum ex ace-  
to comitalibus utile est. Lachrymam commemorant, quæ in Pa-  
dum amnem defluat; durari, ac coire in succinum, quod electrū  
uocat, alijs chrysophoron. Id atritu iuandum odorem spirat, &  
aurum colore imitatur. Tritum, potumq., stomachi, uentrisq.; flu-  
ctiones fistit. De Harundine. Cap. CXVI.

N harundinum genere quædam nastros uocatur, ex  
qua sagittæ facultati solene. Alia fœmina, qua tibia=  
rū ligulas efficiunt. Alia, quod fistulis addicta sit, Sy-  
ringias, cui multum inest carnis, crebris cinetæ geniculis, ad libro-  
rum conscriptionem accomodata. Alia crassa, concava, apud am-  
nes, nascens, quæ à quibusdam cypria, ab alijs donax appellatur.  
Alia phragmites, seu uallatoris, gracilis, candicans, uulgo cognitæ, cuius trita radix per se, aut cum bulbis suis illita, spicula, aas-  
teosq.; corpore extrahit. Luxata, lumborumq.; dolores, cum aceto  
mulcet. Virentia folia tusa, & imposta ignibus sacris meden-  
tur, & cæteris inflammationibus. Corticis cinere perunetæ cum  
aceto alopecia sanantur. Panicula lanugo, si aures intrauerit,  
exsardat. Eundem effectu implet harundo, quæ cypria dicitur.

De Papyro. Cap. CXVII.

Apyrus, qua chartæ fiunt, nullis non cognita, prædi-  
pue in medicina utilitatis ad laxandas fistulas. Ma-  
defacta lino inuoluitur, usq; dum inaruerit. Constri-  
cta enim, atq; immissa in hiatum humore completur, & intume-  
scendo fistulas aperit. Habet nescio quid alimeti radix. Itaq; Aegyptij eam mandunt, suam tantum deuorantes, & mansam ex-  
puunt. Ipsis radicibus pro ligno uitetur. Crematæ papyri cinis de-  
poscentia ulcera cum omnium partium, tum oris maxime, cohæ-

bent. Verum melius id combusta charta præstat.

## De Myricæ.

## Cap. CXVIII.

*Yrica, seu tamarix, arbor vulgo cognita est, cū apud  
m pigras, & stagnates aquas enascatur fructum quasi  
florē ferens compage muscosum. Aegyptus, Syriaq;  
alteram gignunt mīorem sylvestri cætera similem. Fructū pa-  
rit gallæ proximum, inæ qualiter aspersum gustu, quo conuenient  
ter utinur uicæ gallæ in medicis minibus oculorum, oris q;. Datur  
cruentæ excretioni in potu, & cœliacis, & contra profluvia scœ  
minarum, regiam morbum, et phalangiōrum morsus. Illitus, tumo-  
res inhibet. Cortex in eosdem usus adhibetur. Decollum felio-  
rum cum uino potum, lienem absunt. Ad dolorem dentium in  
collutionibus salutare, & mulieribus flationi uulue opportunis,  
in defensionib; Phthiriasi, lendibus q; arcuifusum prodest. Atū  
dantiam feminarum fistule impositus arboris canis. Poterios colli-  
œs è caudice lienosif molitur, quo daeus in his potus proficiat,*

## De Ericæ.

## Cap. CIXX.

*Ricæ fructuosa arbor myricæ similis, longe minor, cu-  
iis flore apes reprobū mel efficiunt. Tam flos, quām  
coma serpentium istib; illitu medetur.*

## De Acaclide.

## Cap. CXX.

*Cacalis fructus est nascentis in Aegypto fruticæ, se-  
minis myricæ quadam tenus famulis, cuius aqua, in  
qua maduerit, ad collyria additur, quæ ad excrandā  
oculorum aciem conueniunt.*

## De Rhamno.

## Cap. CXXI.

*Hannum alijs persiphonion vocant, ali leucantham,  
Romani spinam albam, aut cerualem, Aphri atadim,  
Rhamnus fruticæ, in sepibus ramos ferens rectos, &  
cauleos in acutæ spinæ modū, foliis paruis, oblongis, suppingui-  
bus, teneris. Alterū ei genus candidius. Tertium magnioribus la-*

## DE MEDICINALI MATERIA

erioribusq; folijs constat, & quadam tenus rubentibus. cuius ram  
mi quinum cubitorum longitudinem implent, infirmioribus hor-  
rentes spinis, innocentioribusq;. Fructum edit latum, candidum,  
tenuem ueluti folliculum, hastulæ regiae similem. Omnium folia  
igni sacro, & serpentibus uiribus, effici ceter illinuntur. Fama  
est ramos huius ualuis, fenestris ue impositos, ueneficia depellere.

De Halmo.

Cap. cxxij.

Alium alij damasonium uocant, alij Erymon, alij  
brettanicam, alij Rhabdion, alij Bafilion, Magi Mer-  
curii basim, aut Osiridis diadema, alij Elystephanon,  
aut sacrum caulem, Pythagoras Anthenoros, Aegypti asontiri,  
alij asphen, alij asealuri, alij asariphen, Latini Albutium, aut Am-  
peluciam. Halimus frutex est sepimentis idoneus, similis rhamno;  
sine spinis, foliis leæ sed latoribus. Nascitur in sepibus, & ma-  
ritimis. Folia decoquuntur aborū gratia. Radix conuulsa, ru-  
pta, torminaq; mitigat, dragmæ pondere in aqua mulsa pota. Eo  
dem lactis ubertatem facit.

De Paliuro.

Cap. cxxii.

Aliurus frutex cognoscatur aculeatus; durus, cuius se-  
p men pingue, & fuliginosum inuenitur. Quod potum  
p tussi opitulatur. Vesicæ calculos comminuit, Serpen-  
tium istib; aduersatur. Folia, & radix astrigoriam uim habet.  
Quorum decoctum potu aliuum fistit. Urinam trahit. Contra ue-  
nena, & serpentium morsus auxiliatur. Radix recentia tubera-  
la, tumoresq; omneis discutit, trita, & imposta.

De Acuta Spina

Cap. cxxiii.

Cuta spina, quam pyrinam, aut pyrianthen aliqui uo-  
cant: arbor est pyrastro similis, spinosa, et minor Bac-  
ca profere myrti, plenas, rubras, fragiles, & intus  
nucleum, radicem multifidam, alte descendenterem. Huius bacce  
potu, aut cibo, alii profluum, & abundantiam sœminarum si-

*Stunt. Radix illita aculeos, & spicula extrahit. Abortum fieri tradunt, si ter radice uenter, aut sensim feriatur, aut perungatur.*

De Rubo canis. Cap.cxxv.

*Rutex est arboris in star, rubo longe maior. Folia fere  
f multo latiora myre. firmis circa ramos spinis, flore  
candido, fructu oblongo, nucleo oliuæ simili: qui p ma-  
turitatem fulvescit, & floculos intus continet. Fructus exēptis in-  
terioribus flocis arefactus, aluum fissit. Ferue facti. n.ii in uino,  
mox poti, arteriam infestant. De Ligistro. Cap.cxxvi.*

*Igustrū arbor est oliuæ foliis circum ramos, latioribus,  
l mollioribus, & virētoribus. Flore candido, muscoſo,  
odorato, semine sambuci, nigro. Optimum nascatur in  
Canope & Asalone. Folia astrictioram uim habent. Quare cū  
maducata ulcēribus oris medētur. Illita feruidis inflātionibus,  
carbunculisq; profundit. Decocto eorundē igni ambusta fouentur.  
Capillū ruffant trita folia, quæ i radicalē succo maduerint. Flos  
ex acetō fronti illitus capitis dolorem sedat. Cyprinū oleū, quod  
ex eo fit, excalſacit, emollitq; neruos: quoniā mista, quæ frumenti  
natura prædita sint, assūmit. De Tilia Cap.cxxvii.*

*Itha arbor est ligustri magnitudine. Folis oleo, nigrio-  
ribus, et latioribus. Fructu lētisa, nigro, subdula, race-  
matim coherente. A speris nascitur. Huius folia astrin-  
gunt, ad eadem uelia, ad quæ oleaster, cū astrictione est opus. ma-  
xime ad infantū ulcera in ore, cōmanducata, aut si decocto col-  
luantur. Potaruinā, ac mēſes cident. De Cisto. Cap. cxxviii.*

*Istus quæ aliqui citharon, aut assaron vocant: ramosus  
frutex est, sed improcerus, fo'iosi s, saxofis locis na-  
scens. Folis rotundis, acerbis, hirsutis. Flos masculo  
ut malii punicae, fœminæ albet. Vis astringē: unde flores in ui-  
no austero bis in die poti, profundit dysentericis. Et nomas illiti co-  
hibent. Veterati ulcerū, et igni ambustis cum cerato medentur.*

# DE MEDICINALI MATERIA.

De Hypoastide. Cap. CXXIX.

*Ypoastis Robethron, aut cylinus à nonnullis coe-  
gnominata, iuxta astri radices nascitur, floris punica si-  
militudine. Quædam flava. Altera uirens. Tertia can-  
dida. Liquatur acaciae modo. Aliqui tamen exiccati, fractamq;  
macerant, & incogunt, reliquaq;, ut in lycio, prosequuntur. Vi-  
res acaciae habet. Verum aliquanto magis siccata, & astrigie.  
Prodest dysentericis, cœliacis, sanguinem excreantibus. Fœmia-  
narum profluvio & pota, & indita.*

De Ladano. Cap. CXXX.

*Si & alterum astri genus, ladon à nonnullis appella-  
tum, frutex simili modo nascens, longioribus folijs,  
& nigroribus: quæ uero tempore quiddam contra-  
hunc pingue. Foliorum uis astrigens, atq; effectus astri præ-  
bens. Fit ex eo, quod ladanum dicitur. Siquidem cum astri frons  
des pascuntur capræ, hirci q;, pinguitudinem conspicue barba cur-  
punt, & suo lentore uillosis cruribus adhærentem reportant:  
quam depestantes incolæ, colantesq;, cogunt in offas, & ita re-  
condunt. Alij uero attractis funiculis, insidentem fructibus len-  
torem abstergunt, conglomerantq; in ladanum. Maxime proba-  
tur odoratum, subuiride, facile mollescens, pingue, quod are-  
nas non collegit, nec squallorem obfitum est, resinosum. quale in  
cypro dignatur. Arabiam uero, lybicumq; uilius. Natura ei  
spissandi, calfaciendi, molliendi. Laxat ora uenarum. Capillum  
fluentem continet, addito uino myrrha, aut myrrheo oleo. Cicatri-  
cibus decorem reddit cum uino illitum. Medetur aurium dolori-  
bus cum hydromelite, aut rosaceo infusum. Suffitu secundas ej-  
cit. Pessis immistum, uulue duriciem sanat. In medicamenta,  
quæ dolorem, tussimq; finiunt, & malagmata utiliter inseri-  
tur. Alium fistit cum uino ueterem potum. Et urinam ciet.*

*Ebenus optima habetur æthiopica, & nigra, nullos h habens uenarum discursus, facilitate coruus leuitate.*

*Cum frangitur densa apparet, mordens gustu, atq astringens. Suffit ut incundo odore supra carbones sine fumiæ dio. Recens autem ad ignem prolata ob pinguitudinem accenditur, & trita ad cōtem flauescit. Altera est Indica internatis segmentis candidantibus, & modice fulvis, item frequentibus maulis. Cæterum prior, bonitate antecedit. Apud quosdam sesamina, aut spinea ligna, hebeni uice ueneunt. quod discernitur ex eo, quod fungosa sunt, & in purpureas assulas resoluuntur. nihil mordacitatis in gustu, nec redolentia in suffitu præferentia. Caliginem oculorum absterget. Ad ueteres distillationes, postulas q; mirum in modum pollet. Si quispiam facta ex eo coticula colliuij utatur, melius proficiet. Ad oculorum medicamenta efficax est, si scobes, ramenta ue uino chio die, noctuq; macerata, in collyria digerantur. Nonnulli præterita ramenta excolant, reliquaq; eundem in modum peragunt. Alij pro uino aqua utuntur. Vritur in fistili nouo, donec in carbones redigatur. Læsat plumbi modo, & ita siccis lippicudinibus conductit.*

De Rosa. Cap. CXXXII.

*Osa refrigerat, & astringit, sed siccata multo magis.*

*r Succus recentibus folijs exprimitur, desecatis forficæ unguibus, sic appellantur candidæ foliorum partes.*

*Reliquum in rila premi, & teri debet in umbra, donec cogatur, & ita ad oculorum circumlitiones recondi. Siccantur, etiam num folia roscarum, continuo uersata, ne muceant, ne'ue situs in ijs insideat. Aridis rosis, et in uino decoctis expressus liquor, facit ad dolores capitis, aurium, oculorum, gingivorum, sedis, reæti intestini, ac uulue, pinna illitus, aut infusus. Eadem sine expressione tusa, præcordiorum inflamationibus, humidis stomacho-*

## DE MEDICINALI MATERIA.

chi uitius, igni sacro illini prodest. Siccis, ac tritis famina offeruntur. Misceri solent vulnerariis antidotis, atq; compositionibus, quas anteras vocant. Folia uruntur in calliblephara. Flos, qui in mediis rosis inuenitur, seccatus gingivarum fluctibus efficiatur inspergitur. Capita pota citam aluum, & cruentas reiectiones fistunt. De Roseis pastillis. Cap. cxxxiii.

Astilli, quos rodides vocant, hac ratione conficiuntur.

P Rosarum uiridium, quæ nullo antea humore, madefactæ exaruerint, drachmæ triginta, indicæ nardi drachmæ decem, myrræ drachmæ sex, tritæ digeruntur in pastillos, qui trium obolorum pondus æquent. Siccataq; in umbra, in fistulis non piccato, atq; obturato reconduntur. Alii adiiciunt costii drachmas duas, iridis illiricæ totidem, & uinum chium cum melle miscent. Mulieribus monilium loco usciæ sunt, ad retundendum graue sudoris virus. Tritis etiam utuntur ad illitiones, & diapasmata, quæ fiunt ad sudores coercendos, ita ut à balneis inarefactæ corpora, dein frigida aqua abluantur.

De Lycio. Cap. cxxxiv.

Yicum, quod aliqui pyxaanthæ vocat, arbor est spinosa, ramis trium cubitorū, haud longioribus, foliis buxi, densis, fructu piperis, nigro, laevi, amaro, denseq;, cortice pallido, non dissimili lycio madefacto, radicibus multis, obliquis, lignosis. Nascitur plurimum in Capadoccia, Lycia & per rīsq; aliis locis. Aspera loca amat. Coquuntur rami cum radicibus tufi, & ante per aliquot dies macerati, tum abieclis lignis de novo liquor coquitur, donec mellis crassitudo fiat. Adulteratur id lycium, adiecta decoctioni amurca, aut absinthii si. echo, aut felse bubulo. Innatans spuma inter coquendum exempta, oculorum medicamentis additur. Reliquo ad alia ueuntur. Simili modo fit lycium; semine espresso, & insolato. Optimum, quod ura posst, resplinetumq; rubentem spumam ostendit, glebis extrinse-

aus nigris; latus, cum fregeris, ruffis, ingustabile, cum amaritudi  
ne astringens, crocino colore, cuiusmodi Indicum est, cæteris pœ  
stantius. Lycium astringit. Caliginem oculorum discutit. Generū  
scabiem, prurius, uecteresq; fluctiones sanat. Facit ad purulentas  
aureis, exulceratas gingivias, confillas, labiorum fissuras, sedis ri  
mas, attritusq; illitum. Cœliacis, dysentericis, potum, inditumq; cō  
uenit. Datur sanguinem excreantibus, & tussi ex aqua. Contra  
rabiosi canis morsus in catapotio deuoratur, aut in aqua bibitur.  
Flauos facit pilos. Paronychiis, ulceribus, quæ serpunt, aut pu  
trent, medetur. Fœminarum profluvia appositum fistit. Rabioso  
rum ictibus ex melle potum, aut uice catapotii deuoratum, auxi  
liatur. Traditum Indicum fieri lycium, ex fructice lonchitide appell  
ato. Ea spinarū generi ascribitur, ramos rectos habens, ternūm  
cubitorum longitudine, maiores' ue, rubo crassiores, à radice nu  
merosos. Fructus cortex rubescit. Folia oleæ similia. Hærba in  
aæto deusta proditur lienis inflammationibus, & regio morbo  
mederi. Et fœminarum purgationes elicere. Asseuerant etiâ crud  
dam in potu, eisdem effectus pœstare. Semen cyatho dimidio  
potum pituitam expurgare. Venenis quoq; auxilio esse.

## De Acacia. Cap. CXXXV.

**A**cacia in Aegypto nascitur instar arboris, frutice spi  
noso, non se in rectum attollente. Florem habet can  
didum, et semen lupino simile in folliculis, ex quo suc  
cus expressus siccatur in umbra, niger ex maturo semine, sub  
ruffus ex viridi. Eligatur modice ruffus, & odoratus. Aliqui fo  
lia cum semine exprimunt. Manat & gummi ex ea spina. Vis  
et ad spissandum, refrigerandumq; efficax. Succus oculorum  
medicamentis utilis. Valet ad ignem sacrum; ulcera, quæ serpue  
perniones, pterygia, & oris ulcera. Procidentes oculos repre  
mit. Mensium abundantiam fistit. Prociduam uuluam cobibet.  
Citam aluum supprimant aut potus, aut inditus. Capillos dent

## DE MEDICINALI MATERIA

grat. Lauatur oculorum medicamentis, erito in aqua, mox effuso, quod concreuerat, donec pura extet aqua. Et ita cogitur in pastilos. Vritur etiam in fictili novo fornacibus, torreturque in carbonum halitu perflata. Spinæ decoctum solutos artus fœtu committit. Præfertur eius spinæ gummi, quod in uermiculorum speciem contrahatur, & uix modo perluceat, ligni expers. Proximum est candidum. Sordidum uero, ac resinosum inutile. Cutis meatus obstruit. Et medicamentorum quibus ammiscentur, acrimoniam hebetat. Ambustis ex ovo illitum pustulas non patitur erumpere. De Acacia altera. Cap. cxxxvi.

Litterum acaciæ genus in Capadocia-Pontoque prouenant, ægyptiæ spinæ similitudine, longe minor, tenerior, humiliis. Aculeorum uallo munitur, folia habens rutæ. Semen lenticula minus fert auctumno, in loculis ternum, quaternumque; seminum capacibus. Succus eius astringit, uiribus inferior, & ocularibus medicamentis inutilis.

De Amurca. Cap. CXXXVII.

Murca expressæ oliuæ recrementum est. Decocta in cupreo vase ad crassitudinem mellis astringit, certos præbens lycii effectus. Insuper dentium dolori & vulneribus, cum acetato, uino, aut mulso, commode illinitur. Additur in medicamenta ocularia, & meatus obstruentia. Venustatæ meliorem fieri constat. Utileiter infunditur sedis, genitalium, & uulue exulcerationi. Si uero cum omphacio recoquatur ad mellis crassitudinem, cariosos dentes extrahit. Iumentorum scabiem cum decocto lupini, & chameleonte illita sanat. Cruda, & recenti amurca podagras, articulariosque dolores frue ri utilissimum. Peruncta in uillosa pelle, & hydropicis imposita tumoris molem reprimit. De Viticæ. Cap. cxxxviii.

Gnon aliqui agynon, alii lygon vocant, alii Amictomiae non, alii iridactylon, magis mon, alii haematoideos.

ideos. Aegyptij sum. Romani salicem amerinam alijs piper agree-  
ste, alijs lecristicum. Vitex, seu castus frutex est in arborem assur-  
gens. Nasatur in fluminum ripis, ossperisq; locis, ac torrentium  
alveis. Ramos gerit praelongos, fructu peruvicaces, folia oliuæ, sed  
molliora. Duo genera eius. Una harum album florem mittit cù  
purpureo, altera tantum purpureum, & semen ut piper. Ex cui fa-  
ctorias uires habet. & astrictorias. Semen eius potum uenenatis  
ictibus, aquæ, quæ autem subiit, lienosifisq; auxiliatur. Lac euoc-  
at. Menses aet, drachmæ pondere in uino potū. Geniturā exol-  
uit. Caput tentat, & soporem affert. Decolatum hærbæ, & se-  
minis in defessioe, mulieribus uulue malo opportunis operulatur.  
Item in flam nationibus. Purgationes mouet semen cum pulegio  
potum, etiam suffitu, uel appositu. Capitis dolorem dissoluit illa-  
tum. Instillatur cum aceto, & oleo capiti in letargo, & phreniti-  
de. Folia sufftu, aut si bistratu fugant uenenata. Illita quoq; ser-  
pentium morsibus auxiliatur. Testuum duricias cum butyro, &  
folijs uitium emolliunt. Rimas sedis semen cum aqua illitū mi-  
tigat, & cum folijs medetur luxatis, uulneribusq;. Virgam qui  
manu teneat, dū iter facit, negatur intertriginem sentire. Agnū  
quasi dictis purum uocant Græci, quoniam matronæ in thesmo-  
phorijs atheniensium constitutem aylodientes, foliis cubitus sibi  
sternunt. & lygon quasi uimen, propter multam fire ramorum  
flexilitatem.

De Salice. Cap.CXXXIX .

Alix uulgo nota est, cuius semen, folia, cortex, &  
f. sucau spissandi uiri habent. Trita folia cum exiguo  
pipere, & uino pota, ileosis subueniunt. Sumpia cum  
aqua præstant mulieribus, ne conapiant. Salignum semen in po-  
tu sanguinem expuentibus prodest. Cortex eisdem præbet effe-  
ctus. Corticis canis admisto aceto illitus, clausos, & callos tollit.

E

## DE MEDICINALI MATERIA

Ex foliis, & cortice succus cū rosaceo in calice punici cultus illius; aurum doloribus auxiliatur. Decoctio eorum podagras fueri utilissimum furfures purgat in corpore. Excipitur succus, qui manat ex ea, cum flore & exciso cortice. In plaga n. concretus humor inuenitur, qui ad purganda, quae obstant oculis, suā uim præbet.

De Sylvestri olea.

Cap. CXL.

Ylvestris oleæ, quam aliqui oleastrum appellant, alii

**S**æthio picam oliuam, folia astringunt. Trita autem, & imposita ignem sacrum, ulcera, quæ serpunt, epinyctidas: carbunculos, paronychia, nomasq; cohibet. Crustas emarginant cum melle illita quinetiam sordida repurgant. Inflammationes, panosq; cum melle imposta discutiunt. Cutem à capite uulsa congregitant. Oris ulceribus commanducata medentur. Succus, et decoctum eosdem habent effectus. Sanguinis eruptiones; ac muliebre profluuiū: admotus succus inhibet. Virtus oculorū, pastulisq; prodest. Ulceræ & ueteres defluxiones fistit. Quapropter in collyria additur, ad genarum erosiones p̄ quā utilis. Ex primitur succus tuis foliis, affuso uino ex aqua, sic catusq; sole. in pastillos digeritur. Sed longe ualidior ad recondendum succus habetur, qui cum uino, q; cum aqua expressus est. Auribus subuenit, siue ulcerentur, siue pus effluat. Folia conuenienter cœliacis cum farina hordeacea illinuntur. Vruntur cum floribus folia, ut spodii uicem cinis præstet. In cruda olla oblito ore luto usque dum siglinū p̄co quatur, restinetaq; uino, & rursus subacta eodem modo uruntur. Postremo cerusæ modo elota coguntur in pastilos. Huiuscmodi cinerem in medicamentis oculorū constat spodio non cedere: sed eisdem viribus præditum esse putandum est. Foliorum satiæ oleæ eadem uis intelligitur, sed aliquanto inferior. Vnde ocularibus medicamentis ob suam mitiorem uim conuenientior est. Sudor ligno uirenti accenso manans, illitu sanat lichenas, furfures, & scabiem, Oleaginum semen illitum medetur

*furfuribus, & ulceribus, quæ depascunt, uorantq;. Quod autem intra nucleus est, ex adipe, & farina scabros unguis excutit.*

**De Colymbadibus oliuis.** Cap.CXLII.

*Olympades tritæ, & ambustis illitæ, pustulas gigni prohibent. Sordida ulcera purgant, Murice succus col lutas gingiuas contrahit. Et motus dentium firmat.*

*Oliua flava, & recens Stomacho utilior est. Ventri difficilis. Ni græ autem, & matura, corruptioni oportuna est. Stomacho aduer satur Oculis non conuenit. Capitis dolorem mouet. Arefacta illi tu depascentia ulcera fistit. Et carbunculos emarginat.*

**De Oleo sylvestris oliue.** Cap.CXLII.

*Leum sylvestris oliue humidis ginguarum uitiiis collatur. Dentium mobilitates stabilit. Calfacti fatus. gingiuis fluctione laborantibus utilis est. Lanam enim specillo circunligatam oleo madefacere oportet, & gingiuis ad mouere, donec albae spectentur.*

**De Lachryma æthiopicae oleæ.** Cap.cxlvi.

*Achryma, quam æthiopica olea stillat, ammoniæ, similis est, fulua, stillis exilibus constans, mordax. Quæ autem ammoniaci, aut gummi similitudinem refert, colore nigricans, nec gustu mordens, superuacula est. Nostrates oleæ, oleastriq; similem lachrymam sudant, quæ commode ad oculorum hebetudines illinitur. Cicatrices, albuginesq; illitu emendat. Vrinam, & menses ciet. Cauis dentium impressa, ad dolores efficax est. Interuenena scribitur. Partus pellit. Lepras, & impetigines sanat. Appellatur autem æthiopica, & agrestis olea.*

**De Quercu.** Cap.cxlvi.

*Væcas omnis ad striktoriam uim habet, præsertim liber, qui cortici, & ligno intercedit. Quintuum tuni ca putamini glandis si biefla. Decollatum ex his datur*

## DE MEDICINALI MATERIA

dysentericis, celiacas, sanguinem excreantibus. Trita in pessō, sc̄e minis fluctione uulue laborantibus subicitur.

### De Glandæ. Cap. CXLV.

Landes eosdem effectus exhibent. Vrinam ciunt. Caspis dolorem, et flatus in abum sumptæ pariunt. Resistunt esitacē uenenatorum iectibus. Decoctum cortis cum laetæ uaccino potum prodest contra toxica. Intritæ crudæ inflammationes illitu leniunt. Ad duritas, quas circœthe uocant, & malefica ulcera cum salsa axungia conueniunt. Ilineæ glandes uiribus quernas præstant.

### De Fago, & ilice. Cap. CXLVI.

Agus, & ilex quercus generi assignantur, & consimile munus obeunt. Ilineæ radias cortex cum aqua coctus, dum eliquescat, & tota nocte illitus, demigrat capillos, prius amolla terra purgatos. Folia on. num tufo, & tripla tumoribus profundunt. Et imbecillas membrorum partes corroborant.

### De Castaneo. Cap. CXLVII.

Ardianæ glandes quas aliqui castaneas, aut loriæ, aut glandes Iouis appellant, adstringunt, similesq; efficiunt præbent. Præfertur tunica, quæ carnem, & corticem media intercurset. Caro his, qui ephemorum biberunt, conueniens est.

### De Galla. Cap. CXLVIII.

Alli fructus est quercus. Aliqua omphaclitis appellatur, parua quidem, sed torosæ, scida, nullo feramne peruia. Altera plana, eis perforata. Eligi debet omphaclitis, que efficiuntur est. Virtusq; uis uehementer adstringere. Tunc excrecentia in carne, fluctiones gurgitarum, & uæ, atq; oris ulcerationem cohibent. Nucleus, dentum cauernis inditus dolorem sedat. Crematæ carbonibus, don igne fagent, & uno, aut aceto, aut aqua muria exunctæ, singi trem

supprimunt. Decoctum, quibus infidere expedire efficax est. Et contra uulnus proidentes, fluctionesq; Capillos di nigrant acetato, aut aqua maceratæ. Dysentericis, cœliacisq; cū uino, aut aqua erit e conuenienter illuviantur, aut bibuntur. Obsoniis audi debet, aut integræ in aqua præcoqui, in qua non nihil ex eo quendū est, quod ipsis conferat. In summa his utendum ad adstringenda, que opus sunt.

## De Rhoë. Cap. CXLIX.

tisco, & oleagine frondibus, magna ex parte uescuntur. Inde  
stomacho accommodatissimum reddi solet. Ovulum autem dul-  
ce, asperum, & præpingue, non usq; adeo utile stomacho. Bubu-  
lum tamen, asinum, & equinum, uentri magis idonea. Sed ip-*

..

sum turbant. Quibus in locis pecora scamoniā, ueratrum, cle-  
matidem, aut mercuriale pascuntur, lac omne uentrem, & sto-  
machum subuertit. Quale in iustinis montibus esse, à nobis pro-  
ditum est. Si quidem capræ, quibus candidū ueratrū papulo fue-  
rit, primo fuliorum partu, euomunt, & eorum lac haustum nau-  
seam creat, & stomachum in uomitiones effundit. Adstringen-  
tius omne decoctū, præcipueq; candenibus calculis marinis exu-  
ctum. In summa, omnibus auxiliatur interras exulcerationibus,  
præsertim faucium, pulmonis, interaneorum, uescicæ, & renum.  
Foris uero contra pruritum cuius, eruptiones papularum, & ul-  
tiatos corporis succos. Recens cum melle crudo, addito sale, datur  
exigua aqua dilutum. Minus in flat quodcumq; feruefactum. De  
coctum cum calculis marinis ad dimidijs, ulcerosas uentris flu-  
ctiones adiuuat.

## De Serolactis.

## Cap. LXXVI.

Ac quodcūq; serum continet implicium. Quod ubi-  
discessit à lacte multo potentissimum ad purgatio-  
nes, redditur. Datur, quibus sine acrimonia uolumus  
deiectionem moliri: ut melancholicis, exitialibus, lepros, elephan-  
tis, & erumpentibus toto corpore papulis.

## De Schisto, seu scissilli lacte. Cap. LXXVII.

X omni lacte fit, quod schistum appellant. Lac autē  
fili nouo feruet, ramoq; ficalneo recenti mouetur,  
in sparsis, postquam bis, aut ter effebruerit, totidem  
acetii mulsi cyathis, quot sunt heminæ lactis. Ita n. serescens liqui-  
dum ab eo diuiditur, quod in caseum concrevit. Sed cum feruet,  
ne superfundatur, cōueniet spongea ex frigida cōtinuo scissillis la-  
brū detergere, sestariūq; argenteū fri, idæ aquæ plenū demittere.  
Bibitur heminæ per interualla singulis usq; ad quinas, ita ut in-  
tercedentibus spatijs, potantes ambulent. Lac autē recens effi-  
cax est contra rosiones, usionesq; ab exitialibus medicamen-

## DE MEDICINALI MATERIA

tis factas, uti à cantharidibus, aut salamandra, bupreste, aut pinorum eruca, hyoscyamo, dorycnio, aconito, aut ephemero. Præsertim bubulum ad id eximie confert. Gargantatur autem exulceratis fauibus, tonsillisq;. A simum peculiariter collitos dentes, gingiuasq; stabilit. Fluxiones alui, si ulcera sentiantur, tenemosq; ouillum, bubulum, aut caprinum cum marinis lapillis decoctum, fistit. Per se autem, & cum hordeacea pisisana, aut halicae cremore infusum, magnopere intestinorum rosiones mitigat. Exulceratae uulue immittitur.

De Mulierib[us] lacte. Cap. LXXVIII.

Vmanum lac dulcissimum est; et maxime alit. Mam mis autem exultum, prodest tibi, & stomachi rosionibus. Cōtra haustum leporē marinum præsidio est. Oalis cruore ex ictu suffusis, cum thuris polline instillatur. Podagricis utile est cum meconio, & cerato illitum. Lac omnino respuendum splenicas, hepaticas, comitalibus, uertiginosis, et nerorum uitio laborantibus, febriculosis, & capite dolentibus, nisi quis interdum purgationis gratia, ut ostendimus, schistum præbeat. Primiparae canis lacte perunclos narrant glabrescere. Potum cōtra uenena antidoti uicem obtinet. Abortus mortuos expellit.

De Caseo. Cap. LXXIX.

A seus recens sine sale sumptus alit. Stomacho utilis est, & facile in membra delegatur. Corpus auget. Aluum modice emollit. Alius tamen alio præstantior pro natura lactis, à quo conficitur. Decocitus autem, & expressus, deinde inassatus, aluum fistit. Illitus, oculorum inflammatio nibus, & fugillatis prodest. Qui uero recens salitus est, minus alimenti præbet. Corpus apte minuit. Stomacho aduersatur. Nego cium uentri, interaneisq; exhibet. Veteri more fistitur aliuss. Sero, quod à caseo manavit, quāmoptime canes aluuntur.

De Hippace.

Cap. LXXX.

**q** Vod hippacēn uocāt, caseus est equinus. Ea virus redolet. Magnopere alit. Bubuloq; proportione correspōdet.

Nec defunt, q; hippacē, equinū coagulum appellarint.  
De Butyro, & eius fuligine. Cap. LXXXI.

**è** Latte pinguisimo probatum fit butyru, quale bubulum est. Fit & ex caprino agitato in uasis latte, donec pingue discedat. Butyrum natura oleosum est, & emolliens. Vnde largius epotum, uentrem resoluit. Prodest, ubi oleum non adfuerit, contra uenena. Cum melle si infrietur, dentitiones adiuuat. Ginguarum pruritus, & oris ulcera infantibus emendat. Illitum foris capaciora alimentorum facit corpora. Et ab albidiis pustulis per summa scatentibus asserit. Contra inflammationes, & duricias uulnæ, quod nec virus respicit, nec uetus statem sentit, butyrum efficax est. Dysentericas, & coli exulcerationibus infunditur. In medicamenta addi solet, quæ pur mouent. Utile præsertim cum nerui, aut cerebri membranæ, uesica, aut cœrui, uulnera acceperit. Id autem purgat. Replet. Carnem creat. Ab aspide perauissime utilissime imponitur. Recens obsonijs additum olei uicem pensat, & adipis nice fungitur in bellarijs. Colligendæ ex eo fuliginis ratio hæc est. Butyrum in lucernam nouā ingestum accenditur, fīctiliq; operculato, quod superne in siphunculum desinat, & sub pedibus cuniculos clybani modo habeat, crematur, & subinde aliud in absūpti locum sufficitur, dum coaceretur fuliginis modus, quem facere institueris. Penna post deradietur ad usus. Eius effectus est in medicamentis oculorum, exiccare, & adstringere. Fluctiones cohibet; & ulcera celeriter ad cicatricem perducit.

De Medicina lanarum. Cap. LXXXII.

**f** Vcadæ lance molles, è collo, fœminibus q; laudauissime habētur. Subueniunt inter initia uulneribus, per au-

## DE MÉDICINALI MATERIA

sis, desquamatis, liuidis, ossibus fractis, aceto oleo, aut uino imbutæ. Siquidem capaces sunt liquidorum, quibus oblesæ partes fountur. Et ob peaudum sordem (sic. n.œsyrum uocant) emolliunt. Capitis, stomachi, aliarumq; partium doloribus, cum aceto, & rosaceo efficaciter imponuntur.

### De Lanis uslis.

### Cap. LXXXIII.

Rematarum lanarum cinis crustas obducit. Excrescientias in carne cohibet. Et u'cera ad cicatricem perducit. Mundæ autem, & carptæ in fistili crudo ceterorum more uruntur. Nec secus purpurarum tomenta cremarri solent. Aliqui cum sordibus lanas carpunt, & melle irrigant, eodemq; modo urunt. Alij in fistili oris patuli, uerucula inter se distantia componunt, & concerptas lanas oleo ita suffusas, ut netillare quidem possint, assulis tædæ subiectis, & eisdem, lanisq; permixtis interstratis, leuiter succendunt, & uulas tollunt. Quòd si è teda pix, pinguedo ue illa profluxit, collecta recodiatur. Lauatur ad oculorum medicamenta. Cinerem in labellis aqua addita manibus confriant, et considerate patiuntur. Idq; sæpius mutant aquam, donec lingua adstringit, nec merdeat.

### De Oesypo peaudum sordre.

### Cap. LXXXIV.

Esyrum uocant græci, succidarum lanarum pinguitudinem. Cuius parandi ratio hæc est. Succidæ molles radicula curatæ, calida aqua lauatur, et quibuscumq; sordibus expressis, & in labellum oris ampli coniectis, aqua infunditur, magnoq; impetu coleari, uti respumet, agitatur, aut lignea rude ualidiuscule conturbatur, quo largius sordida spuma colligi possit. Deinde marina respergitur. Et confidente pingui, quod supernat, collectoq; in fistili vase, denuo aqua in labellum fusâ agitatur. Spuma mari perfunditur, & demum eximitur. Hoc tantisper fieri solet, dum consumpta pinguitudine nt

hil prorsus spuma extet. Collectum œsyphū manibus emollitur, & si qua insedie spurcitia, confessum deminr. Exclusaq; sensim omni aqua, recentiq; affusa, manibus misceatur, donec admotum lingue œsyphum, adstringat leviter, nec mordeat. Atq; pingue, candidumq; spectetur. Tum infelix uase conditur. Verum omnia feruido sole fiant. Nonnulli excolatum pingue frigida aqua eluent, & manibus non secus atq; ceratum fœmine, confricant. Ita enim candidius redditur. Alij elotis lanis, & sordibus quibuscumq; exemplis, ac lento igni in æneo uase ex aqua decoctis, pingue, quod supernatat, collectum, aqua(ut diximus) lauant, colatumq; in fictilem ollam, que calidam aquam, contineat, linteo operiunt, atq; soli, mandant, donec candidum fiat, & satis crassum. Alij bidui spacio aquam effundunt, nouamq; adyciunt. Melius est læue, radicula non curatum, quod succadarum uirus oleat. Et si manu in concha fricitur cum aqua frigida, albescat, nihil in se duri, aut concreti habens. Veluti quod cærato, aut adippe adulteratur. Oesypum excalfacit, explet ulcera, & emollit, præsertim sedis, ac uulue, cum meliloto, & butyro. In uellere appositum menses, & partus euocat. Ulcera non aurium modo sanat, sed & genitalium cum anserino adippe. Contra erosos angulos oculorum, scabiosasq; genas, quæ occalluerunt, & aliorum de fluvia, efficax est. In testa noua torretur, donec redactū in cinerē pinguitudinē amittat. Ex eo ēt fuligo colligitur, uti demon strauimus. Quæ in oculorum medicamenta commode addi scier.

## De Coagulo.

## Cap. LXXXV.

Eporis coagulum tribus obolis ex uino, uenenatorum mortibus, cœliais, dysentericis & fœminis fluctione uulue laboribus, ac reiectionibus à pectore auxiliatur. Sanguinem concretum discutit. Post menstruas purgationes appositum uulue cum butyro, præstat mulieribus, ut concipient, Potū uero partus enecat. Et post excretiones, pariendi spē admitt.

## DE MEDICINALI MATERIA

Equi coagulum, quā hippaten aliqui uocat, priuatim cœliacis, dy-  
fenteriasq; conuenit. Hædi, agni, hinnuli, capræ, apri, cerui, vituli,  
bubaliq; coagula similes naturas sortiuntur. Contra aconiti potū  
in uino, et concretum lac in aceto, conuenienter assimuntur. Hin-  
nuli coagulum triduo à purgationibus admotum, partus spem  
intercipit. Vieuli marini coagulum castorei uires represeuat. Co-  
mitialibus, strangulatis uuluis, potu confirre existimatur. Sed  
synceri hoc experimentū est. A qua inspergitur, qua paulisper cū  
alterius animantis, tū præcipue agni coagu'um maduerit. Quod  
si uerum est, statim liquefacit in aquam: si minus, consimile per-  
manet. Exapitur autem catulis, qui non dum natare possunt. In  
summa coagulum omne dissipata cogit, & coatta dissoluit.

### De Adipiratione.

### Cap. LXXXVI.

Deps anserinus, aut gallinaceus recēs, et sine sale con-  
ditus, ad uulue uitia proficit. Sale inueteratus, & qui  
temporis spacio acrimoniam concepit, uulue inimicus  
est. Recens exēptis membranis in fīctile ollam demissus, quæ al-  
tero tantopere capacior fit, quantus sit modus adipis, quem cura-  
re institueris, obstrutto diligenter uase, flagrantissimo scili ex-  
ponitur. Eliquescens inde humor in fīctile alterum excolatur, do-  
nec adeps omnis absuntur: mox loco uehementer frigido recon-  
ditur, & ad usus digeritur. Alij fīctile fulcaunt super aquam ca-  
lidam, aut tenuem, & elanguidam prunam, quæ solis uicem pen-  
set. Est & alia curandi ratio. Exemptis membranis teritur, conie-  
ctusq; in ollam eliquatur, adiecto minuti salis momento. Mox li-  
neo colo transfusus reponitur. Ut iliter in medicamenta additur,  
quæ lassitudines, & fatigations leuant. Si illus adeps, & ur-  
sus hoc curantur modo. Recens, præpinguis, renibus potissimum  
detractus, in largiore aqua cœlesfi, & q; frigidissima, exemptis  
tunicis, diligentissime manibus conficitur, & exprimendo fer-  
me siccatur, subindeq; noua aqua abluitur. Cæterum fīctili ca-

pacitatis duplæ inditus, in aquam demergitur. Et subditis leuis  
 bus prunis spuma mouetur. Eliquatusq; colo transfunditur in a-  
 quam. Vbi uero refrixit, & guttatum aquam omnem exclusit,  
 in prælotum fistile demittitur. Et infusa aqua leniter eliquari de-  
 bet, et manu deprimi, quo facilis fœculentum virus pessum eat.  
 Postea in pilam spongia madefactam transfunditur. Vbi coire  
 cœpit, residens in imo sordes eximitur. Tertio circa aquam eli-  
 quatur, repurgatumq; fistili bene operculo, per q; frigidis locis  
 reponitur. Hircinum seuum, ouillum, ceruinumq; ita curato. Elo-  
 tum ex his quodaunc, tunicis (ue in suilli mentione dictum est)  
 exemptis, pilæ emolliendum tradito, ac mambus fricato, affusa  
 paulatim aqua, donec ne amplius quidem cruentum virus exer-  
 natur, aut pingue aliquod innatet, sed nitida spectetur. Deinde  
 in ollam coniuncto, et adiecta aqua, ut superemineat, leui pruna li-  
 quefacto, atq; in aquam colato. Cum q; refrixerit, iterum in lo-  
 to fistili eliquato. Et, quæ ante diximus, facio. Tertio sine aqua  
 liquefactum, in perfusam liquore pilam colato; refrigeratumq;  
 (ut in suilli) ratione diximus) recondito Bubulum autem siuum  
 renibus maxime detractum, exemptis membranis, aqua marina  
 ex alto petita eluendum est. Mox in villa tundendum diligen-  
 ter, affusa maris aqua. Cum uero dissoluuntur, in fistilem  
 ollam coniendum. Et marina aqua, quæ non minus dectriente  
 superemineat, proluendum. Decoquendum donec omnis abolec-  
 tur odor, additis ad singulas seu atticas minas, quaternis tyrrhe-  
 nicæ ceræ drachmis: excolatumq; detractis, quæ pessimi erant,  
 sordibus, in nouo fistili reponendum: opertumq; soli interducre-  
 dum, ut ad candorem reducatur, & virus evanescat. Prima-  
 tim taurorum pingua sic curari debet. Renibus euulsum pin-  
 gue profluente annis aqua abluto, detractisq; tunicis fistili  
 nouo, postq; exiguum saltem inspersis, liquifacto. Dein in  
 nitentem aquam excolato, & ubi concrescere cœpit, manibus

## DE MEDICINALI MATERIA

iterum confricando uehementer lauato, aqua saepius infusa, refusaq; donec q̄ optime elotum uideatur. Rursus in olla cum pari modo uini odorati decoquito. Et cum iterum efferuerit, dempto ab igni uase, ibidem finito pernoctare. Postridie si grauiter adhuc oleat, noua olla repetitum, uino odorato perfundatur. Eadem, quæ prius fiant, dum omne uirus euaneat. Colliquatur & fine sale, præsertim affectionum earum causa, quibus sal aduersari solet. Sed ita paratum non magnopere albescat. Eodem modo pardorum, ac leonum pingua curari oportet. Taurorum autem, & uitulorum pingua, necnon ceruorum medullæ, odoramentis imbuuntur, hac ratione. Pingue, quod odoratum reddi debet, demptis (quo diximus modo) membranis, elotum, & uino q̄ odoratissimo nulla maris aqua diluto feruefactum, pernoctare sintur. Alterum id genus uinum eadem mensura infunditur, colliquatur: & exquisite colatur, nouemq; eius heminis, iuncta arabici septem drachmæ adiuncta. Quod si ipsum odoris fragrantioris fieri uoles, quadraginta floris eiusdem drachmæ, cum paribus palmæ, calami, & cassis modis adduncur. Et xylobalsam, aspalathi singulae drachmæ, cinnamomi, cardamomi, & nardi, singulae unciae. Omnia exactius tunduntur, & affuso uino odorato, in uase operto, quod supra carbones firmiter collocatum fit, ter effervescent, & semoto ab igni uase inibi pernoctant. Postridie uinum effunditur. Aliudq; generis eiusdem adiicitur. Ter simili modo conseruescat. Marutinis uinum effundatur; & abluto uase, si quid ino subdens habet, detergatur. Postremo eliquatum pingue, & excolatum, ad usus reconditur. Hoc autem modo odoramentis imbuitur, quod antea curatum est. Verum ante dicta prius inspissari solent, quò facilius sibi odoramentorum uires adsciscant. Itaq; assumens quod uoles, cum uino feruefacto, impositis una myrti ramulis, serpylo, cypero, item aspalatho pleniis tuso. Aliquitamen pro usu, uno dumta-

xat horum contenti sunt. Cum autem ter effebuit, exemplum le  
mber, & linteo colatum, aromatis (ut expositum est) imbibitur.  
Adipibus spissamenta sic fiunt. Syncerus, & sanguinis expers  
adeps, reliqua habens, quæ sœpe retulimus, in ollam nouum demit  
titur, infuso uino albo ueteri odorato, quod semipedis altitudinem  
superet, lento igni feruecat, dum uernaculus odor aboleatur, pla-  
neq; uinum redoleat. At ubi deposito vase refixit, duæ adipis mā  
næ in ollam mittuntur, & duo uini eiusdem sextarij, & semi-  
mis loti, eius inq; cius è ligno ludicrae tibiae faciliuntur, tusi mā  
næ quatuor adiūturi. Lento igni subinde miscendo decoquuntur.  
Cumq; odoris virus euauerit, excolatusq; adeps refixerit,  
una contusi aspalathi mina, cum amaracini floris murus qual-  
tuor, & ueteri uino si bigitur Noële una hæc odorem rapiunt,  
combibunt ue. Postridie in fistilem ollam tricorialem ea omnia  
cum adipe iniecta, additis sextarijs tribus uini, una feruescunt,  
quousq; & uim, & odorem spissamentorum adeps ipse contra-  
xerit: qui eliquescens colatur, & reponitur. Quod si maio-  
rem odoris fragrantiam efflagites, drachmas octo q; pinguis-  
mae myrræ uino maceratae, quod multos in annos asseruatum  
est, misceto. Gallinaceus, anserinusq; sic odoribus imbiui scilicet.  
Cuiusvis eoru percurati sextarij duo fistiliolla excipiuntur: ery-  
sis ceptri, xylobalsami, palmæ elate, & alami plane contusi fin-  
gulorum fescuncas admiscetur. Vini lesby ueteris cyathus unus  
adiūturi. Ea ter effebuntur prunis. Mox vase sublato ab igne,  
die noctuq; refrigerantur. Postridie liqueta per limeum nudum  
in vase excolatur. Vbi uero adeps coierit, concha excipiatur, fisti-  
liq; nouo densius operto perfrigidis locis reponitur Hyberno tem-  
pore id instituere oportet: & state siquidem pinguis non cogun-  
tur. Nec desunt, qui tyrrhenicæ ceræ momentum acyiant, quo  
facilius in unum corpus omnia coalescant. Eadem ratione  
fullus adeps, & urfinus cæteriq; id genus, odoramentis umbus

## DE MEDICINALI MATERIA

untur. Verū sampsuchi odorem adeps ipse reperit hoc modo. Curati q̄ optimū adipis, præserum taurini mina una, tēpestiuiq; sampsuchi ex q̄ sitē cōfracti sesquimina miscentur, & insperso largiore uino digeruntur in offas, quæ in uase cooperto nocte quiescant. Matutinis in fætili olla leuissculo igni, affusa aqua coquuntur. Dum q̄ suum adeps odorem exuerit, defecatus, ac bene opertus, nocte tota permanet. Postero die detersa sorde, quæ pes sum ierat, sampsuchi (ut dictū est) contusi iterū sesquimina priori pastillo adjicatur. Eodemq; modo in offas cogitur. Alys, quæ diximus, peræctis, decoquuntur, & colatur. Quod si qua fundo hæsit spurcitia, deraditur, & frigido loco reconditur. Si quis tamen incuratum adipem anserinum, gallinaceum, aut uitulinum, à putredine eueri uelit, ita facundum est. Quamvis adipem diligenter elotam, & siccata in umbra super cribrum per linteas munda manibus uehementer exprimat, linoq; constitam umbroso in loco suspendat. Et post multos dies noua charta inuolitam: frigido loco recondat. Pinguia autem in dito melle vindicantur à putredinis uitio. Vis oīum est excalfacere, mollire, odorem ciere. Taurinus adeps, bubulus, & uitulinus aliquantum adstringunt. Earundem uirium compos leoninus. Nam resistere eum aiunt ijs, q̄ infidias molliuntur. Cerumo, elephantinoq; perunclos, serpentes fugiunt. Adstringentior est caprimus. Quia ex causa de coctus cum pollenta, rhoë, & caseo, dysentericas datur, & cum ptisanæ succo infunditur. Ius de cocti phthisicas in sorbitionibus prodest. Datur quoq; utiliter ijs, qui cantil aridum uenena hauserunt. Hircinus, ut qui ualidissime distractat, podagricas auxiliatur fimo capræ, & croco impositus. Huic proportione respondet oīillus. Suillus uero contra uulnæ, & sedis uitia idoneus est. Ambustis igni medetur. E sue uetusfissimus quisq; sale conditus excalfacit, & emollit. Elotus uino pleuricas prodest. Cinere, aut calce exceptus, inflammationibus, fistulis, ac tumoribus sue-

arrit. Asinum tradunt, cicatrices corpori concolores reddere. Anserinus, gallinaceusq; conueniunt muliebris malis, & ad labiorum rimas ad mangorum tandem faciem, & contra aurium dolores. Vrsinum constat raptos uitio alopeciae capillos restituere. Pernionibus subuenire. Vulpinus medetur aurium doloribus. Fluiatilium piscium pinguis perunctis oculis claritatem afferrant, si in sole liquefiant, & melli amnisceantur. Viperæ adeps contra oculorum hebetudines, suffusionesq; efficax est, addita cætria, melle attico, & pari oleo uetere. Pilos alis eiusdem perunctis radicibus obliterat.

### De Medullarum ratione. Cap. LXXVIII.

Audatissima est ceruina. Mox uulina. Post hanc tau  
lina. Dein Caprina & ouilla. Colliguntur aëstatis exi  
tu, cum appetit autumnus. Quippe cum alijs anni tē=  
poribus concrementum sanguinis, & ueluti caro friabilis, in ossi  
bus inueniatur. Nec facile cognosci potest, ni quis eam ossibus  
extrahat, & recondat. Omnes medullæ molliunt, sedant, rarefa=  
cunt. Ulcera explent. Ceruina perunctos uenenata fugiunt.  
Cirruntur recentes aquæ respersu molliæ, selectisq; ossibus elo=  
tæ, donec aqua syncera emanet, & detersa scinde pinna, si qua  
innatet, liquatæ per duplicatum linteum in pallam exprimuntur.  
Et ubi coiere, omni fæce, quæ ad ima fudit, derasa, fistulis nouo re=  
ponuntur. q; si libet incuratas reponere, facito omnia, quæ de an=  
serum, & gallinarum adipe demonstrauimus.

### De Felle. Cap. LXXXIX.

f El omne curatur hoc modo. Recens præligato ore fol  
liau lino, demissum in feruentem aquam; spatio, quo  
quis statim tria percursaret, mox exemplum siccatur  
umbroso loco asperginem non redolente. Sed quod ad oculorum  
medicamenta adiuta solet, ligatum lino in uitreum uas, quod mel  
babeat, immittitur, circumvoluto ad os uasis lini principio, &

## DE MEDICINALI MATERIA

operto vase reconditur. Est enim uis oīum acris, et excalfaciens. Intensis tamen, & remissis viribus differunt. Siquidem præstantius in effectu esse uidetur fel marinū scorpionis, et pisas, qui cal lionymus appellatur, marinæ testudinis, hyeneq;. Itē perditis, a quile, gallinæ candidæ, et sylvestris capræ. Quod priuatim prodest contra suffusiones incipientes, et oculorum caligines; alii fugi nesq;, & genarum scabicias. Ovillo, suillo, bircino, atq; urfino, taurinū multo efficacius. Felle omni per faciem præsertim infantibus deiectionem quis molietur, si intinctum eo tomentum sedi subijciat. Priuatim taurino anginæ cum melle perunguntur. Sedis ulcera sanat, & ad aztricem usq; perducit. Idem auribus fractis, & purulentis, cum muliebri lacte, aut caprino instillatum, medetur: Et sibilo earundem ex porri succo. Adm sceri insuevit uulnerarij emplastris, & circumlitionibus, quæ contra uenenata parantur. Phagedæniæ ulceribus, colis, & seroti doloribus, ex melle prodest. Lepras, furfures cum nitro, & terra amolia q; optime purgat. Ovillum, & ursinum contra eadem polalent. Verum inefficiens hæc præstant. Ursinum eclegmate comitiales adiuuat. Fel testudinum anginis, et in ore infantium nominis, prodest. Naribus inditum comitiales erigit. Sylvestrium capraru m felle peculiariter peruncti lusciosi sanantur. Hircau idem obit manus. Thymia abolet, & luxuriantes elephanticorum exacerbationes illitu reprimit. Suillum autem contra aurium ulcera, reliquaq; omnia, magno usu assurritur.

De Sanguine.

Cap. LXXXIX.

Anguis anferis, agni: et hædi, utilissime in antidota miscetur. Palubi aut, turturis, et columbae, nec nō per diis, oculis cruore suffusis, et recentibus eorum uulnibus, lusciosisq; illuntur. Peculiariter columbae sanguis, cruentum membranis cærebri erumpentem inhibet. Hirca, capræ, cervi, & leporis sanguis patinis inassatus, dysenterias, & cœliacorum.

profluvia fistit. In uino potus contra toxicæ efficax est. Leporinus sanguinis ita, ut teperet, illitus, uitia cutis in facie, lentiginesque emaciat. Caninus comode ab his bibitur, quos efferata in rabiem bestia momorderit. Contra epotum toxicum auxilio est. Testudinis terrestris sanguinem epotum tradit prodeesse comitalibus. Marinæ aut testudinis cum uino, & leporis coagulo, cuminoque; contra serpetum mortis, et hausta rubetæ uenena, conuenienter bibitur. Taurinus cum polenta illitus, duricias discutit, emollitque; Sanguis equarum, que admissuram expertæ sunt, in medicamenta addiditur, que erodunt. septica vocant. Sanguine chamæleonis genarum palpebras euelli creditum est. Hoc idem uiridium ranarum sanguine præstat. Mestrus sanguis foeminarum, circumlitu conceptionem inhibere existimatur, aut si omnino mulier menstrua supergreditur. Leuat podagras mulieres, & ignem sacrum illitus.

De Fimo.

Cap. XC.

Rimentary bouis fimum, si recens admoueat, uulnorum inflammationes mitigat. Folius aut inuoluitur, & calfactum cinere feruerti superponitur. Coxendias cruentatus tali impositu copercat. Illitum ex aceto duritas, panos, & strumas discutit. Priuatim suffitu fimi, quod à masculo bove reditum est, procidetes uulnæ reprimuntur. Accedit nidore culices abiguntur. Fimū caprarum præserum, que in montibus erant, potū in uino regiū morbum emendat. Menses autem cum odoramentis haustrum. Et partus euocat. Tritum in farinam, & impositum lanis cum thure, foeminarum profluvia fistit. Cæterosque sanguinis impetus ex aceto cohabet. Medetur alopeciis exustum, & cum aceto maliso illitum. Cum axungia uero impositum, ius, qui podadra tentantur, auxilio est. Caprillum in aceto decoctum imponitur serpentium mortibus, ulceribus, que serpunt, igni sacro, & parotibus. Utilem ischiadicā ustionem hunc in modum accipiunt. In interstitio pollias, quo parte brachio committitur, causa ueluti lacus

## DE MEDICINALI MATERIA

na subsidet, in qua lana oleo imbuta substernitur, cùm de sanguinis feruentes steroris coprini pillulæ imponuntur, cùm uaper per brachium ad coxam sentiatur peruenire, & coxendicis dolorem mitigare. Adustio id genus arabica appellatur. Fimum peccudum ex aceto illitum sanat epipyctidas, clavos, pensiles uerrucas, thimos, & ambusta igni, rosaceo cerato exceptum. Fimum suis sylvestris aridum, in aqua, aut uino potum, reiectiones sanguinis sistit. Verus tū lateris dolorem mulcet. Ad rupta, & consuulsa ex aceto bibitur. Luxatis cum cærato rosaceo medetur. Tam asinorum, q; equorum fimum siue crudum, siue crematum addito aceto sanguinis eruptiones cohabet. Armentarii, qui hæba posseatur, siccum fimum liquatum in uino, mox potum, contra scorpionum iecus magnopere auxiliatur. Columbinum uehementius excalfacit, & urit cum hordeacea farina mixtum. Strumas ex aceto discutit. Carbiculos emarginat, tritum cum lini si mine, & oleo. Ambustis igni medetur. Gallinaceum uero omnia easdem, sed inefficacius præstat. Priuatim tamen contra uenena fungorum, & coli cruciatus ex aceto, aut uino bibitur. Ciconiae fimum, si ex aqua hauriatur, comitalibus prodeesse credunt. Vulneris fimi midore partus excuti produntur. Murinum detritum cum aceto, & illitum alopeciis medetur. Cum ihure, & malso calulos expellit. Subditæ infantibus muscerdæ alui dectionem promouent. Caninum, quod flagrantissimo canis sydere fuerit exceptum, cum uino, aut aqua potum, fistule aluum. Humanum flercus illitum, uulnera inflammationem minantia intumescere non patiturs; sed ea statim glutinat. Sicco ex melle anginæ perungi commodissime traduntur. Terrestris crocodilli fimum crocodileam uocant, quæ muleribus colorem nutrit in facie, ritoremq; seruat. Optima est tenuissima, & friabilis, amyli modo, minime ponderosa, in humore statim eliquescens, quæ cum teritur, fermenti acorē quadam tenus refert. Adulterant eam sturnorum fimo,

quos

quos captos oryza pascunt. Ipsumq; nō dissimile uendunt. Alij Amylum, aut Cimoliam miscent, & oscito colore per rarum cibrum paulatim exprimunt, ut se contrahat in uermiculorum speiem. Qui siccati pro crocodilea ueneunt. Inter omnes conuenire inuenio humanum stercus, caninumq; gutturi impositum, anguis auxiliari.

De Urina. Cap. XCI.

Vmanam urinam suā cuiq; bibere, cōtra uiperæ morbus, ac uenena, incipientemq; aquam intercutem prodiderit. Marini scorpionis, uiperæ, draconisq; morsus ea cōuenientissime fouētur. Canina ad præfundēdos canis morsus idonea est. Pruritus, & lepras nitro addito expurgat. Sed uetus ulcera capitis manantia, furfures, psorias, & feruidas erptiones, multo magis abſtergit. Nomas, & præcipue genitalium cohabet. Auribus infusa manans pus supprimit. Decoctaq; in calice malii punici, earum uermiculos abigit. Pueri impubis resorbita urina, orthopnoicas auxiliatur. Decocta in æreo uasa cum melle emendat cicatrices, argema, caliginesq;. Ex ea, & cupro idoneum auri ferrumen conficiunt. Lutum, quod in urina subsidit, illud ignem sacrum mitigat. Ferue factum cum ciprino, inditumq; uulue dolores mulcat. Strangulatus leuat, genas detegit. Oculorum cicatrices expurgat. Taurina si cū myrrha instilletur, aurum doloris lenit. Aprina uiribus eisdē prædicta est. Priuatim cōmuni it uescicæ calculos, & potu expellit. Ad aquam, quæ cutem subiit, cū nardi spica cotidie binis cyathis cum aqua bibitur, urinamq; per alium extrahit. Aurum doloribus instillata medetur: Afinina traditur renū uitijs mederi. Lynca urinam, quam lyncarium appetiunt, simul ac excernitur, glatiari, coire ue in calculi duriciam, uulgo creditum est. Quare, quod de ea proditum est, uanum esse conuinatur. Est enim, quod à nonnullis vocatur succinum pterygophoron. Id potum ex aqua stomacho, aliоq; fluctione laborati conuenit. Afininæ urinæ potu renū uitia sanari traduntur.

H

# DE MEDICINALI MATERIA

De Melle.

Cap XCII.

Rincipem locū obtinet mel, quod atticæ regionis est; p. præcipue ex Hymetō, mox Cycladilus ins. lis & è Sitalia cognomine simblion. Maxime probatur dulcior: & acre, odoratum, sufflauum, nec humectū, graue, & minime fluxum, quod ob sequacem lenticiam non facile obrumpitur, tractumq; resilit in digitos. Mel abstergendi uim habet. Ora uenarum aperit Humores euocat. Qua ratione in sordida ulcera, sinusq; cōmodissime infunditur. decoctum, atq; impositū abscedentem carnem glutinat, Medetur impetigini coctum cum liquido alumine, & illitum. Item aurium sonitu, & dolori cū fusi sale tepido instillatum. Lendes, & foeda capitis animalia illi tū necat. Nudam glandem recutitis operi, præsertim quæ circuncisiōe aperta nō est, simelle coles à balineo triginta diebus emolliatur. Oculorum caliginem disauit. Faucibus, tonsillis, anginæ illitum gargariq; atq; ue medetur. Vrinā ciet. Auxiliatur iussi, et à serpente percussis. Contra haustum meconium, cum rosaceo calidum assumitur. Aduersus uenena fungorum, & rabiosi canis morsus linctum, aut potum proficit. Crudum tamen aluum inflat. Tussim lacefit. Et ea de re despumati usus aptior est. Primatum tenet in mellis genere uernum, deinde æstiuū. Hybernū uero, utpote quod crassius constet, deterrimum reputatur. Sicas eruptiones excitat. Quod in Sardonia gignitur mel, amarum est: quoniam apes inibi absinthio uescantur, quo uitia cutis in facie, et maculae aptissime perunguntur. Heracliae in ponto quibusdam annis temporibus, propria quorundam florū dote, mel conflatur, quod qui edere, mente abalienatur, ac sudore diffluunt. Remedio sunt esitata ruta, & saltementa, aut epotum mulsum, resumpta quoties uomitione reijcuntur. Acre autem est, & olfactu sterutamenta mouet. Quod cum costo illium fœminarum cutem emendat, & cum sale sugillationes rapit. Est & aliud concreti

mellis genus, quod saccharon nominatur. In india uero et fæli ci Arabia in arundinibus inuenitur. Salis modo coactum est, dentibus ut sal fragile. Aluo idoneum, et stomacho utile. Si aqua dilutum bibatur, uexatæ, uesicæ, rembusque auxiliatur. Illatum ea digestit, que tenebras oculorum pupillis offendunt.

## De Cera.

## Cap. XCIII.

Era optima est subfulua, odorata, sippinguis, pura, et odorisque quadratus mellei, natione pontica, aut cretacea. Secundum locum obtinet candida, et suapte natura pinguis. Candida fit hoc modo. Ex ea radunt album, synœrūque atque transfundunt in uas, quod satis habeat marinæ ex alto petri et, in persoque nitri momento, decoquunt. Cumque iterum, tertio' ue inferbuit, separatum uas refrigerant, ac ceræ pastillum eximunt, deterfa forde, si qua forte adhaesit. Tum denuo induita noua maris aqua feruet, uti retulimus; et uase dempto ex igne, basin ollia et nouæ aqua frigida madefactam, in ceram si minorem suspensa manu intingunt, quo celerius concrescat, et que minima portio ex trahatur. Suscepto primo ceræ orbiculo, iterum uas imum aqua refrigeratum, tantisper immitti debet, dum tota excipiatur. Orbiculis lino confici, ita ut intercedat spatium, suspenduntur. Et interduo, continuo sub sole, noctu sub luna asperguntur, usque dum perfecte albescant. Verum si eximius ille candor desideretur, eadem facit, et identidem reequi, opera et prearium est. Nec desunt, qui pro marinæ, in muria que cerra ma, semel aut iterum excoquunt. Dein laguncula tenui, rotunda, ansam habente, extrahunt. Postea orbiculos, substracto cespite herboso insolant, donec candore summum contraxerit. Precipiunt hoc obeundum munus uere, cum sol remissa uehementia humorem pariat, ut non facile liquetur. Cera omnis mollit, calfacit, modice explet corpora. Datur in fortitione dysenterias. Ac milij magnitudine decem grana ceræ bausta, lac in lactantibus non patiuntur coagulari.

# DE MEDICINALI MATERIA.

De propoli.

Cap. XCIII,

Ropolis eligi debet flava, odorata, styracem referens,  
in uehementi ariditate mollis, & mastiches more du-  
tilis. Magnopere calfacit, & evocat. Aculeos, et om-  
nia infixa corpori extrahit. In ueteri tussi suffita proficit. Impeti-  
gines admota tollit. Ea in alvearium, foribus, cerasae naturae in-  
uenitur.

De Tritico.

Cap. XCV.

Ptina è tritici generibus ad secundæ ualitudinis usus  
habentur, quæ recentia, & ià perfecte adulta, colorem  
mali referunt. Dein sequuntur trimesuria, quæ ronul-  
lis Sitania nominatur. Itaq; cruda in cibis teretes tineas gignit.  
Cantum morsibus profundit mansa, & imposta. Cōfictus eorum  
similagine panis, plus alit q; abarius. E trimestriū farina panis  
leuiorem cibum præbet, et qui facile in membra demādetur. Farī  
na eorū cū hyosciam suco illinitur aduerfus neruorum fluctio-  
nes, quas græci rheumatismos uocant. Item contra interaneornm  
inflationes. Lentigines ex aceto mulso tollit. Furfures aut in acrē  
aceto decocti, turgentes māmas sedant. Viperarum iectibus auxi-  
liantur. Et torminosis profundit. Farinaceum fermentum calfa-  
ciendi, extrahendiq; uim habet. Priuatim callos pedum, clausosq;  
extenuat. Cætera tubercula; furūculosq; ex sale concoquit, &  
aperit. Sitaniorū farina, contra uenenatos iellus cū aceto, aut ui-  
no cōmodissime illinitur. Eadem si decocta in glutini modū de-  
lingatur, cruentis excretionibus proderit. Contra tussim, & ex  
asperatas fauces cum menta, et butyro decocta efficax est. Triti  
ci pollē si ex aqua mulsa, aut hydrelao decoquatur, omnem di-  
scutit inflamationem. Panis et crudus, et cōctus inflamationes  
omneis illitu mulset, cū emolliat, & quadātenus refrigeret. Sed  
herbis, succis ue huic rei accōmodatis ammisceatur. Vetus panis  
aridus, adiectis cōuenientibus, citā aluum cohibet. Recens muria  
maceratus illitu, uetustas impetigines sanat. Glutinū ex simila-

gine, & polline, quo chartæ glutinantur, sanguinem excretatiis prodest, si liquidius, ac tepidum colearis mensura detur sorbendum.

De Hordeo.

Cap. xcvi.

Ordeū optimū est candidū, parumq;. Id minus, q̄ tritū cū alit. Ptisana tamen ob cremorem in doctrine reditū, plus alimenti præbet, q̄ pollenta ex hordeo faēta. Cōtra acrimonias, atq; fauciū scabriças, exulceratiōesq; pollet. Quibus etiā triticea ptisana præfatio est. Sed plus alit, māgisq; urinā mouet. Lac abū de suppeditat, si cū fœniculi semine decocta sorbeatur. Hordeū abstergit. Vrinā ciet. Inflationem patit. Stomacho aduersatur. Tumores cōcoquit. Farina hordeacea dequitur in rūnsa aqua cū fico, ut inflātiōes, collectionesq; disscutiat. Duritiam cū resina, & fimo colubarum concoquit. Cum meliloto autem, & papaveris calyce dolores finit, qui laius excruciant. Aduersus intestinorū inflationes cum lini semine, fœnogræco, & ruta, illint iuuat. Strumas cum pice liquida, cera, oleo, & impubis pueri urina, ad concoctionem perducit. Et cum myrto, uino, malicorio, sylvestribus pyris, & rubo, aliū profūnia siflit. Podagrīcīs inflātōniis, cum cotoneis, aut aceto prodest. Deinde in acri aceto, modo quo hordeaceum cataplasmā, et calida imposta lepris medetur. Liquata eādem cum aqua, atq; cum pice decocta, pus excitat. Cum aceto liquata itidem cōtra articularum fructiōes prodest. Farina ex his alium cohībet, inflātōnesq; miigat.

De Zitho

Cap. xcviij.

X hordeo potus fit, cui Zitho nomen est Iis urinā cit.

Renes, & neruos tentat. Membranis præsertim cerebrum uestientibus officit. Inflationē parit. Vitiosum succum creat, Elephantiasin gignit. Qui eo potus genere perluit, agili s, & ad opus obeundum expeditus, euadit.

De Courmīte.

Cap. xcviij.

f It & ex hordeo potus, quem Courmī nominant. Eoq;

## - DE MEDICINALI MATERIA

Sæpe potu, pro uino utuntur. Verū dolorem capitis mouet. Malum sucum gignit. Neruis nocet. Consimilia etiam potus genera ex tritico fieri solent, in Britania, & quæ occidentem spectat, Iberia. De Zea, seu semine. Cap. XCIX.

Ea duorum generum est. Una simplex, Altera in genis putaminibus grana bina iuncta gerit. Ob id dicta cœcos appellatur. Plus q; hordeum alit. Ori grata. Digeritur in panifica, minus q; triticum alens.

De Crassiore farina. Cap. C.

Rimnon crassior est ex zea, tritic. q; farina, ex qua palitem faciunt. Abunde alit. Facile conficiatur. Alium uehementius adstringit, si zea, ex qua fit, prius torreatur.

De Silagine. Cap. CI.

Idem generi filigo adscribitur, sed minus aliquanto nutrit. In panes, ut Zea, cogitur. Fit quoq; è silagine crassior farina, quam græci rimnon vocant.

De Athera idest tenui pulticula. Cap. CII.

Thera ex zea fit tenuissime molita. Est autem sorbitio, quasi liquida pulticula infantibus conueniens, & cutaplasmati efficiat. De Trago. Cap. ciiij. Ragos quādam halice figuram gerit. Multo minus, q; zea, nutrit, q; multum aceris habeat. Quare ægrius conficiatur. Alium q; magis emollit.

De Bromo. Cap. ciiij.

Romus genicula quædam habet, Folio, & stipula triticum impletatur. Et in accumbibus dependentes parvulas veluti locustas gerit, in quibus semen continetur, utile ad cutaplasmati uti hordeū. Pulte huius aliud sisalitur. Prodest tussientibus in sorbitione succus. De Oryza. Cap. cv.

Oryza frugum generis est, in palustribus, riguis q; na scens. Mediocrē abū præstat. Sed aliud supprimit.

De Halice.

Cap.cvi.

**b** Aliac sit ex zea, quā dicoccon appellauimus. Plus ac  
lit, q̄ oryza. Aliū magis cohibet, Stomacho longe util  
lior. Decoctū in aceto, illitaq; lepras tollit. Vnguium  
scabicias extricat. Inipientibus ægilopījs medetur. Decoctū  
dyfentericis, quos excruciat dolor, infusum idoneum est.

De Milio.

Cap.cvij.

**m** Ilium in panes coactū, minus cæteris frugibus alit.  
**m** Sistit pulte sua alium. Vrinam cit. Torretur milium,  
feruensq; in sacco ponitur, ut torminibus, reliquisq; do  
loribus auxilio sit. De Panico. Cap.cviii.  
Anicum frumentaceis seminibus annumeratur, milio  
**p** simile. Eod m̄q; modo in panes subigitur. Eosdem ha  
bet usus. Minus tamen & nuerit, & stringit.

De Sesama.

Cap.cix.

**s** Sesama Stomachō inutilis cibus. Halitus grauitatem  
facit, quoties intermandendum, commissuris dentiū  
inhæfit. Nervorum crassitiem illitu discutit Medetur  
auribus fractis, ambustis, inflammationibus, coli doloribus, &  
cerastæ morbis. Capitis dolores, qui cæstuatione concitatur, ex  
rosaceo lenit. Eadem efficit hærba decocta in uino. Præsertim  
inflammationibus oculorum, doloribusq; prodest. Ex ea fit oleū,  
quo Ægypti utuntur. De Lollio. Cap.cx.

**l** Olium, quod inter segetes nascitur, molitum, illito no  
mas, uetera ulcera, gangrenosq; emarginat. Sanat  
cum raphansi, sale, & aceto, feros lichenas. Et ex ace  
to, & sulphure uiuo, lepras. Strumas quoq; discurit, cum fimo  
columbino, & lini semine decoctū in uino. Abscessus etiam  
rumpit, qui ægrius ad coctionem perducuntur. Decoctū ex  
agua multa utilissime ischiadicis illimitur. Si cum polenta, thure,  
myrrba, aut crocho sufficiatur, conceptionem adiuuat.

# DE MEDICINALI MATERIA

De Amylo.

Cap. CXI.

Mylum ex eo appellatum est, & sine mola fiat. Optimum ex trimestri, natione creticum, aut ægyptum.

Ratio facundi amyli hæc est. Purgetum trimestre triticū madescit quinques in die, et si fieri potest, nocte. Cū emolitum fuerit, effundatur sensim sine agitatione aqua, quominus tremoris dulcedo unā excludatur. Vbi mobilissimum esse videatur, mutata aqua pedibus calcari oportet. Rursus infusa, teri. Tū demum enatates tibi furfures in cerniculo eximēdi. Reliquumq; qualō, sportisq; sicutum tegulis nosis confessim correatur flagrantissimo in sole. Namq; si paulisper udum maneat, acorem conapit. Contra fluxiones oculorum, pustulas, cauaq; efficax est. Sanguinis reiectiones potu cohibet. Exasperatas fauces lenit. Laeti, atq; obsonijs ammiscetur. Fit etiam amyllum ex zeæ, quæ maceratur, ac eluitur uno, aut altero die, & farinæ modo manibus subigitur. Pressaq; feruentissimo in sole, ut ante retulimus, exiccatur. Nullius in medicina usus. Ad alia tamen conueniens.

De Fœni græci farina: Cap. CXII.

Ræci Telin, aliij Carpon, aliij Buceras, aliij Egypcas. Latini fœnum græcum appellant, Egyptii ita sin. Vis farinæ est mollire, dissipare. In aqua mulsa decocta aduersus tam internas, quam externas inflammations efficiat illimitur. Lienem cum acetō, & nitro trita extenuat. Succus decocti eius fœminarum malis subuenit, & siue tumor, siue præclusio sit uulnæ, fouentur, & infident. Decoceli tremor, capillos, furfures, & manantia capitis ulcera purgat. Locos laxat, & emollit, si cum anserino adipe pessi uice fabiūcatur. Viride cum acetō utilissimum imbecillis partibus, & ulcera sentientibus. Decoculum eius prodest aduersus tenasmos, scutidamq; dysentericorum profluuiem. Oleum quod ex eo exprimitur, ex myrto capillos, & genitalium cicatrices abstergit.

De Lino.

Cap. CXIII.

Inum aliqui linocalamin vocant, alii annon, alii linon agrion, Romani linum, Pœni Zeraphœs. Vulgo notum est. Cuius semen easdem, quas fœnum græcum, uires habet. Discutit, & emollit omnem intus, forisq; in flan= tationem, cum melle, oleo, exiguaq; aqua decoctum, aut melle cocto exceptum. Vitia cutis in facie, uarosq; crudum tollit. Illatum cum nitro, & fialneo cinere parotidas, duriciasq; discutit. Ulcera quæ serpunt, fauosq; cū uino decoctum expurgat. Vngues scabros eximit, cum pari modo nasturci, & mellis. Vitia pectoris extrahit, si ex melle in eclegmatis uicem substituatur. Tussim lenit. Venerem stimulat, si farina piperis, & melle exceptum, pro placenta largius adsumatur. Huius decoctum interaneorum, uulueq; erosionibus immittitur. Alii excrementa euocat. Ad uulue inflammationes in defensionibus per quam utile.

De Cicere.

Cap. CXIII.

Icer satium aliud idoneum est. Vrinam ciet. Infractio nem parit. Colorem commendat. Menses, ac partus expellit. Lac auget. Cum eruo decoctum illinitur ad inflammationes testium uerrucas informicationes, ad scabiem, ulcera capitis manantia, impetiginesq;. Contra caranomata, & ulcera, quæ cacothœ uocantur, cum melle, & hordeo prodest. Alterum genus arietinum nominatur. Vtrinque cit urinas, dato cum rore marino, hydropias, aut regio merbo laborantibus eorum de cœlo. Lædunt ea exulceratam ueſicam, & renes. In uerucarum formicantium, pensiliumq; genere, prima luna singulis granis singulas tangunt, eaq; grana lintheolo deligata, abiici post se præcipiunt. Ita decidere eas arbitrantur. Sylvestre cœr foliis satiuo simile est, odore acri. Sed semine discrepat. Idem, quod satium, præstat.

# DE MEDICINALI MATERIA

De Faba.

Cap. cxv.

Aba inflationem excitat. Ægre concoquitur. Tumul  
tuosa somnia facit. Tussi confert. Carnem gignit, me  
dia calidi frigidique natura. Decocta in posca, & cum  
suo cortice esculata, dysenterias, & cœliacorum profluvia fistit.  
Contra uomitiones conuenienter manditur. Inflation lessor contra  
bitur, si aqua prior inter coquendum abiiciatur. Vtridis plus ne-  
goai stomacho exhibet, maioremque flatum parit. Lomentum eius  
& per se, & cum pollenta inflammationes, quas uulnus excita-  
uit, mitigat. Cicatrices concolores facit. Turgentes prædurasque;  
mamas, etiam si inflammatione tententur, adiuuat. Lac resili-  
guit. Furunculos, sugillata, parotidasque, cum foeni græci farina,  
& melle discutit. Cum rosa autem, thuræ, & oui candido proci-  
dentes oculos, tumores, uinasque, reprimit. Subactum uino, suffusos  
isthi oculos recreat. Manducata sine cortice faba, ad auertendas  
fluxiones, fronti illinitur. Decocta in ultimo testium collectiones  
sanat. Quod tardius pubes erumpat, pueris imo uentri illinitur.  
Vitiliginem purgat. Fabarum cortice illiti capilli, qui post euula-  
tionem renascuntur, gracilescunt, & minus alimenti capescunt.  
Cum polenta, scisso alumine, & ueteri oleo impositi cortices,  
strumas discutiunt. Decocto earum lance inficiuntur. Faba dem-  
pto cortice in illas parteis diuisa, in quas suapte natura scandi-  
tur, imponi solet sanguinis defluxionibus ab hirundine concita-  
ta; namque eas supprimit, si semisepta approximatur.

De Faba Ægyptia. Cap. cxvi.

Ægyptia faba, quam aliqui ponticam uocant, in Ægyp-  
to plerunque prouenit. In Asia etiam, Siciliaque, la-  
cubus, inuenitur. Folia habet ampla, etiam si ad arbo-  
rum frondes comparentur, caulem cubitalem, digitæ crassitudine,  
floreum roseum, dupla papaveris amplitudine. Et ubi floræ exui-  
tur, fert foliæ los loculis similes, in quibus faba supra operari-

Ium bullæ modo prominet. Cibotion ideo nominant, id est arcu-  
lam, quoniam seratur ipsa humenti glebae mandata, & ita in an-  
quam demissa. Radice firmatur harundine crassiore, quæ cru-  
da, cocta uero estur. Ei colocasiæ nomine est. Faba uirens manditur,  
& exiccata nigrescit Græcam magnitudine superat. Ad strin-  
gendi facillitatem obinet, & stomacho utilem. Difentericis, cœ-  
lucisq; prodest, insperso polentæ uicæ lomento. Datur quoq; in  
pulte. Cortices in uino mulso decocti, si terni q; inde cyathib  
tur, magis proficiunt. Faciat ad aurium dolorem, quod in earum  
medio uiride spectatur, gustu amarum, si trium, & cum rosa-  
eo coctum instilletur.

## De Lente. Cap. cxvii.

Ens suo abo aciem oculorum obtundit. Egre conce-  
quitur. Stomachum male habet, eumq; & intestina in-  
stat. Sed aliud cum cortice cocta sistit. Præstat in  
cibo, quæ facillime coquitur, nihil atri in maceratione reddens.  
Vim habet adstringendi. Quia ex cæsa aliud cibabit: si detra-  
etto antea cortice discoquatur accurate, primaq; aqua imer co-  
quendum effundatur. Quippe primum id decoctum uentre re-  
soluit. Somnia tumultuosa excitat. Capilli, neruis, ac pulmoni  
inutilis. Melius suo fungetur munere contra alii frustiones, ad-  
duo cum acetō intybo, aut portulaca, aut beta mgra, aut baccis  
myrti, aut putamine purici, aut aridis rosis, aut missillis, sorbis'  
ue, pyris thebaniis, aut malis cotoneis, aut cichorio, aut plantagi-  
ne, aut gallis integris, que post decoctionem abiiciuntur, uel una  
rum rhuis, quæ obsomis insperguntur. Verum actum cum eo  
diligenter percoqui debet, alias aliud conturbat. Contra sebuer-  
fionē stomachi, triginta grana létis delibrata deuorari proderit.  
Decocta cum polenta, & illita podagrās lenit. Sinus cum melle  
glutinat. Crustas rumpit. Ulcera purgat. Decocta in aceto duri-  
cias, & strumas discatit. Cum cotoneo, aut meliloto medetur in-

## DE MEDICINALI MATERIA

flammatiōibus oculorum, sedisq; addito rosaceo. Sed in ampio  
sinu, aut inflammatiōibus sedis, quæ maius remedium exigunt,  
cum putamine punic, ac fiscis rosis, adiecto melle decoquuntur.

Nomis, quæ in gangrænam euaserunt, adiuncta maris aqua, pu-  
stulis, et his, quæ serpūt, igni sacro, peritonibusq; ut antea dictū  
est. Contra, turgentes mammae, et usq; eo duras, ut quandā car-  
tilaginis specie referant, colta in aqua maris, et illata auxiliatur.

Da Phæsolis.

Cap. CXVIII.

p Hæsolis inflant. Spiritus ciente. Ægræ coquuntur. Vi-  
rides abo aluum emolliunt, ad uomitiones idonei.

De Eruo.

Cap. CXIX.

Ruum parvus frutex omnibus cognitus, angusto fo-  
lio, tenuis, semina in ualuis habens, è quibus farina  
fit nomine eruina, ad multos medendi usus conue-  
nens. Erum capiti onerosum est. Aluum esu turbat. Sanguinem per  
urinam extrahit. Elixo boues saginantur. Parandæ farinæ  
ratio hæc est. Vberiora grana, candidaq; diliguntur, permiscen-  
doq; aqua respurguntur, donec sufficienter combibant. Postea  
torrentur, usq; dum hians cortex disruptatur. Molitaq; farina  
rio cribro incernuntur. Postremo farina reconditur. Hæc aluo  
utilis est. Urinam ciet. Meliorem colorem efficit. Sanguinem per  
uesicam, aut aluum cù torminibus elicit, si largius in cibo, aut fo-  
tu assumatur. Ulceræ cum melle purgat. Lentigines, et uitia artis  
in facie, & maculas, totumq; corpus emendat. Nomas, gangræ-  
nas, duritiasq; serpere non patitur. Mammarum duricias emol-  
lit. Atra ulceræ, quæ theriomata vocant, fauosq; emarginat. Car-  
bunculos rumpit. Cum uino illitum morfibus uiperarum, canum,  
hominumq; medetur. Urinæ difficultates, tenafmosq;, ex aceto  
mitigat. Tabidis, qui alimentum non sentiunt, tostum, & in nucis  
magnitudinem melle collectum, coruenit. Eius decoctum pernio-  
nes, & pruritus in toto corpore, sanat souendo.

De Lupinis.

Cap. CXX.

*Atius lupinus notus est. Cuius farina cum melle de linetu, aut potu, uentris animalia expellit. Ipsi quoque macerati, et cum sua amaritudine esitati eadem efficiunt. Decoctum eorum idem munus praestat, cum ruta, et pipe= re potum. Quare lienofis prodest. Eodem ulcerata tetra, quae theriomata uocant, gangrenas, incipientem scabiem, eruptiones pustularum, ulcerata in capite manantia, utiligines, maculasque souere uti lissimum. Menses, et partus extrahit, cum myrrha, et melle subditum in uellere. Eorum farina cutem, luoresque corrigit. Inflammationes cum polenta, et aqua mitigat. Tuberula, et coxendicum cruciatus, ex acetato lenit. Strumas in acetato cocta, illataque dissipat. Carbunculos rumpit. Decocti coelestis aqua, donec in liquameni crassiciem redigantur, faciem abstergunt. Medentur pecorum scabiei, cum radice nigri chamaeleontis, ita ut tepente decocto abluantur. Cit urinam radix cum aqua cocta. Lupini triti, ubi maceratu dulcescere cœperint, cum acetato poti, fastidium detrahunt, et abi auditatem faciunt. Gignuntur et sylvestres lupini sauiis similes, sed omnino minores, qui eadem, quæ satui possunt.*

De Rapo.

Cap. CXXI.

*Ecocta rapi radix alit. Inflationem parit. Mollesque, spongosasque, carnes creat. Venerem simulat. Decocto podagræ, pernionesque, souentur. Cōtritoque rapo, atque imposito iuuantur. Si excavatæ radia rosaceum ceratum adi gatur, et feruenti anere eliquescat, exulceratis pernionibus proficiet. Asparagi eius decocti esu, urinâ ciunt. Semen antidotis, et theriacis, praesertim quæ sensum doloris auferunt (anodyna uocant) idoneum est. Potum contra uenena sautare est. Venerem concusat. Muria conditum, minus alimenti sufficiat. Sed multo magis appetentiam recreat. Sylvestre rapum in aruis nascitur, fructuoso, in aubiti altitudinem assurgens, ramosum, lœue. In caca-*

## DE MEDICINALI MATERIA.

mine folia fert lœuia, digitali latitudine, aut maiora, & fructum in siliquis callyculatis. Cumq; pulpæ aperiuntur, alia intus siliqua spectatur, quæ quandam capitum speciem præbet. In qua semina paruula concipiuntur, foris nigra, intus alba. Additur in medicamenta, quibus ad detergeendam cauem in facie, totoq; corpore, utimur: præfertim quæ ex lupini, aut erui, tritici, aut lolij farina, fieri solent.

De Buniade napo. Cap. CXXII.

Osta buniadis napi radix inflat, Modicum alit. Semen eius potum uenenorum uires hebetat. Antidotis ammisetur. Conditur sale radix.

De Radice. Cap. CXXIII.

Apharus latine radix datur. Excelfacit. Flatus gigant. Ori suavis est. Sed Stomacho aduersatur. Rusticus dicit. Vrinam pellit. Alio aptior. Summo tamen cibo sumi debet, quo magis eius distributionem adiuuet. Cum autem præsumitur, cibum subleuat. Quare uomitionis commodissime datur, ante cibum. Sensuum aciem excitat. Decocta contra ueterem tussim. & pituitæ crassitiem in pectori efficax est. Cortex ex acetō mulso, celerius uomitiones mouet. Hydropisias commodissime illimitur. Lienofis utilis. Sugillata cum melle tollit. Contra uiperarum iecitus auxiliatur. Alopecias ad pilum reducit. Lentigines cum loliacea farina emendat. His, qui fungis strangulantur, iam cibo, qui potu salutaris est. Semen uomitiones facit. Vrinam mouet. Menses at. Lienem extenuat. Cum acetō potum gangrenas ualidissime emerginat. Coctum cum acetō mulso, anginis perq; utiliter gargarizatur. Contra cerasis morbus, potum ex uino auxilio est. Sylvestris raphanus, q; Romant Armoraciam uocant, alijs montanum raphanum, alijs apium, alijs iscordi, alijs chamebalnum, Romant etiam radicem sylvestrem, ramulos tenues iunceos duos, siue tres spargit, rubentes, folijs ru-

tae sylvestris, oblongioribus, & angustioribus, semine parvo, radice  
et albuci, rotundiore, turbinatore pyri figura, candido cortice.  
Ea lacteo succo madet. Pars radicis superior uomitione bilem, pi-  
tuitamque; extrahit, inferior per aluum. Tota susque; deque; purgatio-  
nes mouet. Quod si tibi in animo est succum extrahere, radix tu-  
sa infestili mergitur, & qui supernatat succus, pinna eximitur,  
Is sesquiobolo potus, utraq; parte purgat.

De Sylvestri raphano. Cap. CXXIII.

Sylvestris raphani, quam Romani Armoraciam uo-  
cant, folia satiuo similia, & quadamtenus lapsanam  
imitantur. Radix gracilis, tenera, subacris. Tam folium,  
quam radix in olera recipitur. Exalfacit. Vrinam conitat,  
estuofus. De Sifaro. Cap. CXXV.

Isarum uulgo cognitum. Cuius radix decocta origras-  
ta est, & stomacho utilis. Vrinam ciet, & appeten-  
tiam inuitat.

De Lapatho, & rumice. Cap. XXVI

X generibus lapathi, oxylabathi uocant, quod in acas-  
tum tendit, prædura h. bens extrema, non nisi in palu-  
stribus nascens. Aliud est satiuum, illi dissimile. Ter-  
tium syvestre, paruum, plantagini proximum, humile, & tene-  
rum. Quartum genus est, quod alijs oxalida, alijs anaxirida, aut  
lapathon uocant, sylvestri, ac exiguo rumici simile, caule non ma-  
gno, semine subacuto, rubente, acri, in caule, & agnatis appen-  
diibus, emicante. Omnia decocto olere aliis emollitur. Cru-  
di illitu, melicerides temporis tractu discutiuntur. Sylvestris, &  
oxylaphati, et eius, que oxalida nominant, semen ex aqua, aut uino  
utiliter bibitur, contra dysenterias, et coeliacorum efficitus, stomachi  
fastidia, scorpionum ictus. Quod si quis in potu præsumat, nihil mo-  
lesti ex iectu patietur. Radices ex aceto coctæ, aut illite crudele  
præcipitigines, et scabrosos ungues pfanat. Sed antea locus ace-

# DE MEDICINALI MATERIA

to, & nitro in sole perficandus est. Pruritus corporis, de collum  
earum sedat, si foveatur, aut in folijs balnearum confricetur.  
Colle in uino, & instillatæ, aurum, dentiumq; dolorem mul-  
cent. Strumas, parotidasq; discutunt. Lienem cū aceto extenuant.  
Aliqui amollendis strumis radicum gestamine utuntur, eas collo  
appendentes. Tritæ, & inditæ fœminarū profluua fistunt. Cū  
uino autem potæ, regio morbo medentur. Calculos ueficæ com-  
minuant. Menses aient Scorpionum ielibus auxiliantur.

## De Lampsana.

Cap. CXXVII.

Ampsan; quod Romani napi uocant, sylvestre  
lus est. Plus alit, q; rumex. Et stomacho uilius. Cu-  
ius folia, caulesq; coquuntur in cibo.

## De Hyppolapatho.

Cap. CXXVIII.

Hyppolapathon olus est magnū, in paludibus nascens.  
Easdem habet uires, quas supradicta rumias genera.

## De Bunio napi genere.

Cap. CXXIX.

Vnion aliqui actiuam uocant: Alij Enemosphoron,  
Magi paradachry, Ægyptij erxonem, Romani Scopā  
regiā, Aphri zigor, aut tempso. Caulē emittit quadrā  
gulum, & in eo foliosos ramulos, tenues, prætenuit, fcliolis, &  
flosculis scatentes, longitudine digitali folia propter radicem, apio  
similia, sed multo tenuiora, & quæ modo quodam folia tribuli  
imitentur. Flores ancibi, semen odoratum, minus Hyoscyamo.  
Exalfacit bunion. Vrnam ciet. Secundas detrahit. Lieni, rento-  
bus, & ueficæ utile. Eo humenti, arido ue uiuntur, exemplo radi-  
te, & caulis succo, ex aqua mulsa.

## De Blito.

Cap. CXXX.

Liton Ægyptiū echlotoriplam appellant, aliū riplam.  
Romani blitum, Daci bles. Olus est alio utile, nula-  
lius in medicina momenti.

De

De Malua.

Cap. CXXXI.

Aluam hortensiam Pythagoras Antema uocauit, zo  
m roaſtres diadema, & Egyptij cochor tem, Magilienem  
capræ, aut muris urinam. Satiua eſui longe aptior ſyl  
ueſtri. Stomacho aduersatur. Aluum iuuat, ſed multo magis cau  
les. Interaneis, & ueſicæ utilis. Cruda folia cū ſalis exiguo mā  
ducata, & gylopas ex melle fanant. Verum cum acatricem trahe  
re cœperint, ea demum altra ſalem utendum eſt. Contra aculea  
tos apium, ueſparumq; iclus, illita efficax eſt. Eadē cum oleo tri  
ta perunceti, non feriuntur. Ulcera manantia in capite, furfuresq;  
cum urina fanat. Sacris ignibus, & ambulſis decoctæ folia, tri  
qaq;, utiliſſime ex oleo imponuntur. Eius decoctum uuluas in  
ſeffione mollit. Prodeſt erosionibus ueſicæ, & intellmorū, uil  
uæ, ſedisq; clyſtere infuſum. Ius decoctæ cum radice ſua contra  
omnia uenena auxiliatur, ſi continuo à bibentibus reuomatur.  
Contra phalangiorum morbus remedio eſt. Lac euocat. Semen  
in uino potum, addito lotiſyluestris ſeme, ueſicæ cruciatuſ le  
nit.

De Atriplice.

Cap. CXXXII.

Traphafin aliqui Chryſolachanon uocant. Romani  
a atriplicem. Egyptij Ochi. Cognitum olus eſt. Duo  
eius genera. Sylvestre, & ſatiuum. Coctum eſt, ut  
olus. Aluum moll.t. Panos diſciuit, ſiue crudum, ſiue coctum il  
linatur. Semen cum aqua mulſa potum, regium morbum fanat.

De Brassicæ.

Cap. CXXXIII.

Ramben Romani brassicam uocant. Ea alio eſt ido  
nea, ſi modo leuiter feruefacta edatur. Nam perco  
cta aluum ſift. Sed multo magis bis cocta, aut quæ  
in lixiuo coquuntur. Stomachum autem male habet. Acrior eſt  
& ſtiua. In Egypto propter anaritudinem non eſt. Cœautienti  
bus, & tremulis eſe prodit. Summo abo ſumpta crapulam di  
ſauit, et uini noxā reſtinguit. Melior ſtomacho cyma, ſed acrior,

## DE MEDICINALI MATERIA

¶ ad ciendum urinam ualidior. Ea condita stomacho inimica est. Aluum conturbat. Crudus succus cū nitro. ¶ iri deuoratus, aluum emollit. Cum uino quoq; epotus uiperarum moribus auxiliatur. Cum fœnograeci farina, podagrīs, ¶ articularum uitij illinitur. Prodest ¶ sordidis ulceribus ¶ uetus tis, illitus. Caput purgat naribus infusus. Menses extrahit cum loliacea farina inditus, Folia per se se, aut cum polenta trita, conferunt inflammationibus, tumoribus q; Epinyctidas, ignem sacrum, lepræ q; sanant. Carbunculos ex sale rumpunt. Fluentes capillos reuinent. Cocta addito melle aduersus depascētia ulcera, granigrænas q; ualent. Lienofisi q; ex aceto cruda proſunt. Mansa deuorato succo, retusam uocem inſtaurant. Decoctum eius potu, aluum, ¶ menses ciet. Flos post conceptionem in pessō subditus, partus ſpem adimit. Semen eius præfertim, quæ in Egypto nascitur, potum tineas repellit. In antidota cœliacorum additur. Fædei astem, lentigines q; expurgat. Virentes cauiculi cum radice cremati, ¶ adipe porci uetus excepti, diuernos laterum doles mitigant.

De Sylvestribrafficæ. Cap. CXXXIII.

Sylvestris brafficæ, quam Romani rusticam appellant, maritimis, præruptisq; locis, magna ex parte gignitur. Sativa similis, sed candidior, hispidior q; amara. Cuius cyma in lixiulo cocta, ori non insuauis. Folia illitu uulnera conglutinant. Et inflammationes, tumores q; discurtiunt.

De Brafficæ marina. Cap. CXXXV

Arina brafficæ sativa prorsus abhorret, q; folia ferat rotundæ aristolochiæ, prælonga, tenuia. Singula à ramulis rubentibus exeunt, singulari, ut hædera, filo. Habet lacteum succum, sed paucum, falſo gusto, ¶ aliquantum amaro, pingui compage. Hærba in totum stomacho inimica, acris, Vehementissime aluum ciet, in cibo cocta. Coquitur pro-

pter aerimoniam cum pingui carne.

De Beta.

Cap. CXXXVI.

**b** Eta duorum generum est, è quibus nigra coquitur cum lenticula, ut uentrem fistat. Quod magis radice eius præstatur. Candida alio utilis est. Vtraq; tamē propter nitrosum humorem, quem habet in se, noxijs succa est. Vnde succus earum, cum melle naribus inditus, caput purgat. Aurium doloribus auxiliatur. Decoctum radicis, & foliorum, furfures, lentes q; deterget. Perniones folu mitigat. Crudis folijs uitiligines nitro antea perficitas, alopecia rum inanitates, atq; depascētia ulcera, illini prodest. Eruptionibus papularum igni sacro, ambustisq; , cocta medetur.

De Portulaca sylvestri.

Cap. CXXXVII.

**f** Ylvestris portulaca, quam aliqui arzoun sylvestre vocant, alii Telephion: Romani illecebram, aliqui portulacam, Aphri mœmoén, Daci lax, Aegypti mochmunt: foliis pusillis, ad sativam accendentibus, hirsutis, latioribus: Nasatur in petrosis: nonnunquam in hortis. Folia oleæ habet, minora multo, plura & tenera, rubentes caulinulos, ex una radice multos, in terra sessiles, qui manducati bonum succū pariunt. viscosi, & aliquantum falsi. Vis ei exalfactoria, acris, exulcerans. Discutit strumas cum axungia illita.

De Portulaca.

Cap. CXXXVIII.

**P** Ortulacæ uis adstringit. Capitis doloribus, inflammationibus oculorum, cæterisq; , cum polenta impunitur. Ardoribus stomachi, sacro igni, uescicæ doloribus, auxilio est. Commanducata, dentium stupores sedat. Stomachi, & intestinorum æstuationem, fluctusq; mulcet. Renes, & uescicam adiuuat, etiam si erosionem sen-

## DE MEDICINALI MATERIA

tiant. Veneris impetus excoluit. Succus epotus simili effectu prodest, in febribus ualens. Contra teretes uentris tineaes, cruentam excretionem, dysenteriam, haemorrhoidas, & profluvia sanguinis percolta efficax est. Item contra sepiis morsus. Ocularibus medicamentis utilissime commiscetur. Interaneis flustione laborantibus, atq; uuluarum erosionibus, infunditur. Contra dolores, quos aestus excitauit, capite ex rosaceo, & oleo fouletur. Eruptiones papularum in capite, cum uino emendat. Vulneribus, quæ ad syderationem spectant, ex polenta illimitur.

### De Asparagis. Cap. CXXXIX.

Sparagus, quem aliqui Petreon, alii Myaconiham, aetlii Myon uocant, uulgo notus est. Huius caulinuli in cibo, uentrem emollirent. Radicis decoctum contra urinæ difficultatem, regium morbum, renum uitia, & coxendiacum cruciatum, in potu proficit. Cum uino autem phalangiorum morsibus auxiliatur. Si decocti succus super dete coineatur, eius dolori medetur. Semen ad eadem ualeat. Canes (ut aiunt) si decoctum bibant, emoriuntur. Asparagum etiam nasa prodiderunt, arietis cornibus cōtūsis, atq; deflatis. Quod, quācum equidem sentio, plane à ueritate abhorret. Is tamen Asparagus multis ramis fruticat. foliis fœniculi, numerosis, radice rotunda, grandi, tuber habente. Huius teneri caulinuli triti in uino albo, renum dolores sedant. Assus autem, coctus' ue, urinæ flilli acidum, difficultatemq; ac dysenterias, mitigat. Radix cum uino, aut aceto cocta, luxatos artus mulcet. Cum ficiis, aut aceribus sumpta regium morbum sanat. Coxendiacum cruciatum stranguriatq; leuat. Alligata radix, aut haustum eius decoctum; conceputum admittit, & sterilitatem adfere

### De Plantagine. Cap. CXL.

Rnoglosson alii Arnon uocant, alii Probation, alii cy noglosson, alii Heptapleuron, alii Polyneuron, Magi

Eurechnemona, Ægypti Asonth, Romani plantaginem, Hispani theſaricam, Poeni Atercon, Duo eius genera. Minor folia habet angustiora, minora, molliora, laeviora, & tenuiora, caule anguloſo, in terra ſeffili, floribus pallidis, ſemine ſummis cauliſbus ſemicante. Altera maior, & uirentior, latis conſtañtis foliis, olerum generis. Cuius caulis cubiti altitudinem petit, angulosus, ſubrubaber, à medio ad uerticem tenui ſemine circundatus. Radicibus nititur teneris, hirſutis, cadiſis, digitum crassitudine & quātibus Nascitur in lacunofis, ſepibus, & locis humidis. Multo uelior magna eſt. Vim habent folia exicatoriam, conſtingentem. Quare omnibus malignis ulceribus, & fluctioni oportunis, atq; elephanticis, ſordidisq; illita proſunt. Profluua ſanguinis, ulcera, que ſerpunt, epinyctidas, carbunculos, nomasq; cohilent. Veteula ulcera, & inequalia cicatrice obducunt. Chironia fanant: Si nus conglutinant Morfibū, canis, ambuſtis igni, inflammationibus, panis, parotidibus, ſirumis, & gyloppiis, illita cū ſale proſunt. Coctum cum aceto, & ſale olus, dyfentericas, cœliacisq; ſumptū ſubuenit. Datur & in locum betæ cum lenticula coctum. In leucophlebotomia, inter aridas epulas, hærba decocta datur. Comititalibus, & ſuſpirioſis data proficit. Foliorum ſuccus, colluta ſubinde oris ulcera; purgat, Cum cimolia, aut ceruſa igni ſacro me detur. Fistulis iuſſuſ prodeſt. Lippitudibus, & aurium doloribus idē ſuccus iuſſillatur. Additur quoq; in oculoruſ collyria. Ginguis cruore ſuffuſis, & ſanguinis reiectionibus, potu con fert. Clyſtere dyfentericas iuſſundit. Contra tabem datur in potu. Aduersus strangulationes uulua, in uellere ſubiicitur, etiam ſi uulua fluctione laboret. Semen ex uino potum alii fluctiones, & ſanguinis excretiones iuſſit. Decolta radix, et manducatu, & collutione, dentium dolores ſedat. Eadem cum folijs, ulceribus renum, & ueſicæ in paſſo datur. Ferunt treis radices cum tribus uini cyathis, & pari aquæ modo, tertianis auxiliari, &

## DE MEDICINALI MATERIA

quatuor quartanis. Sunt, qui radicis gestamine, discutiendis stru-  
mis utantur. Syri ius plantaginis, et calaminthæ, cum melle pro-  
dunt iis mederi, quos uires deficerunt, datum die scunda, &  
quarta, & parasœue, id est ueneris die. Hoc autem ueluti arca-  
num accipito, quod uerae experientia compertum est.

De Lauere, seu Iro. Cap. CXLI.

**I**on, quod in aquis est, aliqui aquatilem anagallida, an-  
lu Darenion, aliu lauer, alii Schinon aromaticū uocat.

In aquis inuenitur, fructice pingui, recto, foliis latis,  
bolus atro similibus, sed minoribus, & odoratis, Quæ cruda,  
coctaq; esu, calculos rumpunt, atq; excernunt. Urinas aent.  
Menses, & partus extrahunt. Dysentericas in cibo auxiliantur.  
De Sio Crateuas tradit, hærbam esse frutias specie, pauca fo-  
lia ferentem, rotunda, maiora, q; mentæ, nigra. & ad erucam ac-  
cedentia.

De Sisymbrio. Cap. CXLII.

**I**syimbrium aliâ serpyllum uocant, alii Veneris corona-  
nam, Romani uenereā, aut eisteralem. In solo in cul-  
to nascatur, mentæ hortensis similitudine, odoratus, la-  
tiore folio. Inseritur coronis. Calfaciendi uim habet. Contra fisti-  
licidia urinæ, calculosq;, semen ex uino bibitur. Tormina, & fin-  
gultus sedat. Folia in capitis dolore, fronti, aut temporibus illu-  
nuntur. Item contra uesperum, apiumq; effus. Vomitiones potu  
cohabet.

De Altero Sisymbrio. Cap. CXLIII.

**I**terum sisymbrii genus, quod aliqui cardaminam,  
aliu Sion appellat. Ea hærbâ riguis gaudet, & eisdem  
in locis, quibus sion, prouenit. Quæ ideo nonnullis car-  
damina nominatur, q; gustum cardamum, id est nastareum rea-  
præsentet. Folia primum rotunda prodeunt: Adulta erucæ mo-  
do finduntur. Id excalfacit. Urinas mouet. Crudum eslur. Pur-  
gat lentigines, antisq; uitia in facie, noctibus imposuum, matutin-  
isq; detracitum.

## Ce Crithmo. Cap.CXLIII.

Rithmum, seu potius, ut aliqui, Crithamon, fruticosa  
hærbula est, cibiti alitudinē petens. Nascitur in ma-  
ritimis, & petrofis, foliis pinguis: numerosis, albi-  
cantibus, veluti portulace, crassioribus, & longioribus, salso ge-  
stu. Flores candidi sunt, & semen, ceu rosmarini, odoratum,  
molle, rotundum, quod siccatum rumpitur. Habet intus semen  
ruffum, radices digiti crassitudine, tres aut quatuor, grati odo-  
ris, & incandi. Radix, semen, & folia in cocta uino, potu uriae  
difficultati, & regio morbo auxiliantur. Menses aient. Estur cru-  
dum, & cum' ue in holere. Seruatur etiam in muria.

## De Coronopo. Cap.CXLV.

Oronopus aliquibus ammonos, aliis astrion. Pœnis  
atrise, Romanis calcarix aliis Stilago, aliis Sangu-  
naria dicitur. Oblonga hærbula est per terram rea-  
gens, fissis foliis. Coquuntur in holere. Radicem habet tenuem, ad  
stringentem, quæ in cibo cœliacis facit Prouenit in semitis, iu-  
xta domicilia, & locis incultis.

## De Cicerbita, seu Soncho. Cap.CXLVI.

Onchon asperum aliqui Cichorium uocant, Romani  
Cicerbitam asperam, Aphri gathonem. Huius duo ge-  
nera. Sylvestrior magis spinis horret. Alter tenerita-  
te quadam mollescit: cibis expetitus, anguloso caule, interdum ru-  
bicante, foliis in qmbitu per interualla dissectis. Vtriusq; uis re-  
frigerat. Modice adstringit. Unde æstuanti stomacho, & in-  
flammationibus illiti profunt. Succus eorum stomachi rosiones  
sorbitione mitigat. Lac elicit. In uellere appositus, sedis, ac uulue  
collectionibus opitulatur. Tam hærbua, quam radix illata vibratis  
à scorpione ierbibus subuenit. Alter sonibus tenerior, arboris in-  
star, latens constans folius. Eum, qui ramos habet, folia dislinguit.  
Sed ad eadem pollet.

# DE MEDICINALI MATERIA

De intubo, & seri. Cap. CXLVII.

Atuam Serin ali Picrida appellat, Aegyptii Agon,

**S** Romanum intubum. Duum generum est. Altera sylvestris, quae picris, et cichorion vocatur. Altera latioribus foliis constat. Stomacho, q̄ hortesia, utilior. Quae iterū in duas species digeritur. Una folio latiore prodit lactucarum simillima. Altera angustiore est folio, & gustu amara. Vtraq; refrigerat, & astringit. Stomacho utilissima. Alium fistit cocta, si cum acetato adsumatur. Sylvestres stomacho meliores. Quando quidem effluantem ipsum, & quem imbeallitas uexet, leniunt. Cardiacis p̄ se, aut cum polenta, utiliter illinuntur. Podagrīs, & oculorum inflammationibus auxilio sunt. Hærba cum radice illita, percussis à scorpione subuenit. Igni sacro cum polenta medetur. Succus cum cerusa, & acetō ualet ad illitus eorum, quae refrigerationē desiderant. . De Condrilla. Cap. CXLVIII.

Ondrilla, quam aliqui cichorion, alii Serin appellant,

**C** caulem, flores, & folia habet cichorio similia. Qua ex causa nonnulli sylvestris intubi speiem esse pronunciauerunt. Verum tenuior tota est, in cuius ramulis, gummi mastices simillimum, tuberculo fabe inueniri solet. Quod cum myrrha tritum, & linteo appositum instar oliuæ, fœminarum menses trahit. Tusa cum radicibus tota, adiecto melle, diuiditur in pastillos, qui nitro ammissti uiligines emaculant. Gummi inordinatos pilos replicat. Quod item tenera radix effiat, si intincta succo acuis, pilis admoueat. Contra uiperas in uino pota proficit. Succus decoctæ, in uino, aut per se sese potus, alium fistit. Aliud habetur condrillæ genus, folium ferens oblongum, circumfusum, humi sparsum, caulem succo madentem lacteo. Radice tenui rotunda, leui, uegeta, flauescente, succosa. Cuius & caulis, & folia concoquendi uim habent. Succus incommodo, palebrarum pilos reflectit. Nascitur in lœtis, & cultis.

De Cucurbita. Cap. cxlix.

Vcurbica esul apta Cruda illitu tumores, & abscessus mitigat. Ramenta eius infantibus contra capitis ardorem quā syriasis vocant, in sincipite illinuntur.

Oculorum inflammationes, podagrāsque, refrigerant. Sucus è ramētis tūsis, per se, aut cum rosaceo iufusus, aurum doloribus auxiliatur. Adustiones cutis illitu adiuvat. Tonus ferue factæ & expreſſe succus, cù melle exiguo, & nitro potus, aluum leniter resoluit. Vinum in cucurbitam recentem excavatam iufusim, si mixtum sub diuo teneatur, petu aluum lœvigebit.

De cucumere satiuo. Cap. cl.

Atius cucumis alio, et stomacho perq̄ utilis habetur.

*S* Refrigerait, qui corruptionem non sentit. Vesicæ prodest. Olfactu reuocat, quos animus liquerit. Semen modice urinam mouet. Cum lacte, aut passo uesticæ exultatio nibus subuenit. Illita cum uino fclia morsus canum sanant, & epinyctidas cum melle.

De Pepone. Cap. cli.

Eponis caro in abis, urinam at. Inflammationes oculorum illita sedat. Ramenta eius contra adustionem infantium, quā syriasis vocant, sincipiti imponuntur. Fronti admota oculorum fluctiones auertunt. Succus cum semine, adiecta farina, siccatus in scle cogitur in smegmata, quæ faciem repurgant, & nitorem afferunt. Radix siccata, & ex hydro melite pota drachmæ pondere, uomitionem incuet. Si quisq; moderate secundum cœnam uomere cupiat, ḡeminis obolis sit contentus. Sanat quoq; illita cum melle, ulcera concreta in modum fui, quæ cæria vocant.

De Lactuca. Cap. clij.

A fructu satiuæ, quibus natura refrigeratrix inest, stomacho gratæ habentnr. Somnum conciliant. Aluum emolliunt, Lac euocant. Verū decoctæ magis alunt. Stomachicis illatas esse prodest. Epotum semen, assiduas libidi-

## DE MEDICINALI MATERIA

num imaginationes in somno, compescit. Et ueneri refragatur.  
Frequenter tamen in abo, claritati oculorum officiant. Muris  
condiuntur. Cum in caulem exierunt, sicut quandam nanciscun=  
tur, succo, aut lacti sylvestris lactucæ similem.

### De Lactuca sylvestri.

Cap. CLIII.

**S**ylyestris lactuca, quam magi sanguinem Titani: Zo=roastres Pherombion, Romani Lactuam sylvestrem  
appellant. sativa & similis est sed longior caulis, & can= ditora folia, graciliora, & asperiora. Amaro gustu est, et uiri bus aliquantum papaveri similis. Vnde lacteum eius succum ali qui meconio præfuerunt. Aquâ per aluū elicit, potus in acetô mulso succus ad duos obolos. Argema, caliginemque repurgat. Co tra adustiones efficaciter illigitur, cum lacte mulierum. In summa somnum alicet. Doloris leuamentum præstat. Menses trahit. Contra scorponum, & phalangiorum ictus bibitur. Semen non aliter que sativa, libidinum imaginationes in sommo amolitur, ac uenerem arct. Sucus ad eadem ualeat, sed uiribus infirmior. Re ponitur in fistili nouo lac eius, antea, ut in alijs liquaminibus moris est, insolatum.

### De Gingidio.

Cap. CLIII.

**G**ingidium aliqui lepidion, Romani bisacutum, Egy= ptij dorysatrum, Syri Adorium, Aphri Triticæ ap= pellant. In Syria, & Cilicia plerique nascitur. Herbu la sylvestris pastinacæ similis, tenuior, et amarior, radice parva, candicante, subanara. Olius hoc crudum, coctum, conditum ue estur magna stomachi utilitate. Vrnam cu. Decocatum ex uino potum uesicæ prodest.

### De Scandice.

Cap. CLV.

**S**candix, quam Romani hærbam scanariam, aut acu= lam nominat: sylvestre olus est, amaru. subacre. Quod crudum, coctum ue manditur; stomacho, et uentri uti le: decoctum in potu, uesicæ, renibus, & iocaneri confert,

De Gallinaceo pede, et u. caucalide, Cap. CLVI.

Aucalis, quam aly Cauam, alti sylvestre daucū, alij myitīn, Democritus Brion, Romani pedem gallinaeum, aut pedē pulli, Egyptij scelus uocār: cœlia lo est dodrantali, aut maiore, his si to, si lijs apio similibus, fœm: ali modo per extrema multis fidis, hispidis q:, candida in acumine umbella, suauiter olente. Crudum, coctum ne olus estur. Vrinam mouet. De Eruca. Cap. CLVII.

Vzomon Romani Eruam uocant, Egyptij Ethericæ, Pæni asuric. Cruda eruca uenerem largiore abo concitat. Semen eodem effectu prodest. Vrinam at. Aluo perq: accommodata, Semine ad condimenta utuntur, quod uti in longum tempus asseruetur, adiecio lacete, aut acetō, digerunt in pastillos. Gignitur etiamnum sylvestris eruca, maxime in Iberia, quæ occidentem spectat. Cuius semine pro finapi incole utuntur. Vrinam uehementius pellit, multo sativa acrior.

De Oamo. Cap. CLVIII.

Cimum uulgo cognitum. Id copiose ab ocalorum aciem hebetat. Aluum mollit. Spiritum incuet.

Vrinam pellit. Lac euocat: ægre tamen conficitur. Il litū cum polline polentæ, acetō, & rosaceo, pulmonum inflammationibus auxilio est. Draconis marini, & scorpiomis ielibus per se prodest, & cum uino chro oculorum doloribus. Succus uisu caliginem abstergit. Distillationes exiccat. Semen potum accenuenit insanientibus, difficii urinæ, inflatisq;. Naribus haustum subinde mouet sternutamenta. Quod idem herba efficit: sed oculos premi necessum est, cum sternutamentum urget. Sunt qui in abis abdicandum censeant. Quandoquidem manducatum, & in sole positum, uermiculos gignat. Aphri autem aduciunt, si feriantur à scorpone, qui Ocymum ederint, nullo conficitari dolore.

## DE MEDICINALI MATERIA

De Orobanche. Cap.clix.

Robanchen, alijs Cynomörion appellant, à similitudine canini genitalis, Cypri tyrsinen, communiter lycon. Cauliculis est sesquipedalis, & interdum maior, subruber, hirsutus, tener, folio pingui, flore luteo, aut candicante, radice digiti crassitudine, & cum ariditate flaccescit caulis fistulosa. Hanc inter legumina nasci constat, & ea strangulare. Un de Orobanche sibi cognomentum usurpauit. Estur ut olus cruda, et in patinis asparagi modo decocta Legumentis addita, coctio nem accellerare creditur.

De Barbula hirci. Cap.clx.

Arbula hirci, quæ ab alijs come vocatur, breui est caule, folijs croci, radice longa, dulci supina, magno super caulem calycæ, è cuius summo semen nigrum dependet. Vnde nomen inditum est. Hærba esui apta est.

De Ornithogalo. Cap.clxii.

Rnithogalum caulinus est tener, candicans, tenuis, sesquipedalis, tribus, aut quatuor in circumione molibus agnatis, à quibus flores prodeunt foris hærbæci, & cum hianthes se pandunt, lacte uisuntur. Inter quos dissestū ut milio capitulum emittit. Coquitur cum pane, ut melanthiū. Radix bulbosa, cruda, & cocta manditur.

De Tuberibus. Cap.clxij.

Vbera rotundæ radices sunt, sine caulæ, sine folijs, flavescentes. Vere fodiuntur. Cruda, & cocta eduntur.

De Smilace. Cap.clxij.

Ortensia smilax frutex, cuius semen à nonnullis lobia vocatur. Folia habet hederæ, molliora tamen, tenues caules, & capitulo uicinis fructibus circumvolutos, qui tantum adolescent, ut topiarium quoddam tabernaculum effingere uideantur. Fructum foeminae profert longiorem,

**C**orpulentum, in quo semina rerum similia, sed inaequali colore recluduntur, quæ quadam ex parte fulvescant. Fructus cum semine in oleribus asparagi modo manditur. Vrinnam ciet, & tu multuosa somnia facit.

De Medica. Cap. clxiiij.

Edica cum recenter prodijt, folijs, et caule trifolio patens similis est. Procedens uero flia contrahit, caules edens trifolii, in quibus semen lendis magnitudine dependet. Quod in cornicula incuruatur. Id sicutum iucundi saporis gratia, conditaneo sali ammisctetur. Viride semen, quibus refrigeratione opus est, illitu suffragatur. Hærba tota pro gramine utuntur, qui pecora alunt.

De Aphaca. Cap. clxv.

Phaca in lente nascitur, aliior lenticula, tenuioribus foliis. Siliquas maiores fert, in quibus terrena, quaterna uera semina, lente minora, continentur. Quæ adstringendi uim habent. Quare torrefacta, stomachi, aliiq; fistulæ si stunt, si fresa lentis more decoquantur.

De porro capitato. Cap. clxvi.

Apitatum porrū inflationē facit. Noxiū succū creat. Tumuliuosum somnū parit. Vrinnā ciet. Alio accomodatur. Extenuat. Oculorum aciem hebetat. Menses pellit. Sed lædit exulceratam uesciam, renesq;. Cum ptifana uero coctum esu pectoris uitia extrahit. Coma eius in aqua maris, & aceto colla, in defissionibus, ad præclusiones uulue, & duricias, utilis habetur. Porrum bis aqua mutata coctum, aut frigida maceratum, dulcescit, et mulio minus inflat. Semē acrius est, & quandam adstrictoriā uim habet. Quare fucus cum aceto, addito thure, aut manna, sanguinis prosternia fistulæ, maxime si naribus erumpat. Venerem stimulat. Contra omnia thoracis uitia, cabemq; pro delictu efficax est. Arteriam esu purgat. Sed

## DE MEDICINALI MATERIA

si assidue estur, uisus obſuſuſitatem induat. Stomacho aduersatur. Sucus ex melle potus, aut illitus contra bestiarum morsus auxilio eſt. Cum aceto, & thuris polline, lacte, aut rafaeo, utiliter aurum doloribus, & ſonitui iſtillatur. Varos tollunt felia illita cum uua rhois, qua ad obſonia utuerū, Epiny felidi medentur. Crustas ex ſale illita rumpunt. Veteres ſangunis refectiones cohibet, ſi binis drachmis, et æquali baccharū myrti pōdere biantur.

De Ampelopraſſo. Cap. clxvii.

Ampelopraſſum Stomacho magis aduersatur. Et plus porro excalſacit. Urinā, et menses uehementius ciet. Id contra ſerpentium morsus eſſe conuenit.

De Cepa. Cap. clxviii.

Rommyon aliqui Polidios uocant, Magi calabotim, Rōmani Cepam. Cepa lōga acrior eſt, q̄ rotunda itē flava, q̄ candida: & ſicca, q̄ uiridis: et cruda, q̄ cocta, aut condita. Omnes tamen mordent. Flatus gignunt. Appetetia in uitant. Situm mouent: & extenuant. Faſtidium pariunt, et expurgant. Aluo utiles ſunt. Eæ detracſtis purgamentis in oleū coniectæ, hemorrhoidas, reliquosq; excretionum exitus laxant, ſubditæ pro balanis. Sucus cum melle illitus oculorum hebetudinibus, argemis, rubeculis, et īcipiētibus ſiſfumonibus auxiliatur. Anginæ eodē punguntur. Suppreſſos menses pellit. Caput purgot naribus iñjufus. Canis morſibus cum aceto, ruta, & melle ilimitur. Cum aceto autem peruncas in ſole uililiges sanat. Et cum pari ſpadio ſabras lippitudines ſedat. Varos cum ſale reprimit. Contra calceamentorum attritus, cum gallimaceo adipe utilis eſt. Citæ aluo prodeſt. In auribus ſonitum, ac grauitatem enendat. Ad purulentas aureis, & eliciendam earundem aquā ualeat. Alopecia earum ſucco perficantur: qui celerius, quam ad cyonium, pilos euocat. Largiore abo cepa capitis dolores ciet. Coctaq; uehementius urinam pellit, Eos lethargicos efficit, qui

naletudinibus aduersis, ea etiam colla, plus æquo uescantur. Cū passis unis, & fico illita tubercula concoguit, et celerime rufit.

De Allio. Cap clxix.

Llium græci Scorodon, alii Geboscon, alii Elaphobos  
a scon uocant. Quoddam satium, atq; hortensium ha-  
betur. Quod in Ægypto, singulari, ut porrum, capite  
constat, dulce, in purpureum uergens, paruum. Reliqua uero ma-  
gna, & candida, ex pluribus coagulantur nucleis, quos agili-  
tas græci nominant. Aliud est sylvestre, quod ophioscorodon,  
idest anguinum uocant. Vis aliū acris est. Excalfacit. Mordet.  
Exœrnit. Aluum turbat. Inflationes facit. Stomachum exiccat.  
Sitim gignit. Flatum permouet. A ciem oculorū esu hebetat. Eos  
dem effectus præbet anguinum, quod & elaphoscorodon dici-  
tur. Latas uentris tinea in eibō sumptum abigit. Urinas detra-  
hit. Contra uiperarum iecitus, & priuatim haemorrhoidum pro-  
dest, ita ut non aliud magis, si cum uino iugiter adsumatur, aut  
tritum in eodem ebibatur. Contra rabiosorum morsus & illitu,  
& cibo ualet. Magnæ & allio utilitates contra aquarum mu-  
tationes. Vocem clarificat. Veterem tuſſim crudū, coctum' ue-  
nit. Potum autem cum origani decocto pediculos, & lentes ene-  
cat. Cremati cinis illitus fugillationibus cum melle, & cloveriis  
cum nardino unguine medetur. Fruptiones papularum cum o-  
leo, & sale sanat. Vitiliges, lichenas, lentigines, ulcera capitis  
manantia, lepras, & furfures, eximit. Cum thuræ, & teda deco-  
ctum, dentium dolorem leuat, si in ore continueatur. Contra ue-  
nenatos muris aranei morsus, cum fulneis frondibus, & cum  
no illunitur. Feruet factæ comæ ius, fœminarum defussionibus  
additum menses, & secundos partus extrahit. Allium eiusdem  
gratia suffit. Factum ex eo, & nigra oliua intritum, esu cit-  
urinam, Laxat uenarum spiracula. Hidropicis utile,

# DE MEDICINALI MATERIA

De Scordoprasso. Cap. clxx.

*Cordoprassum magnitudine porrum æquat, qualita  
tum porri, & alii particeps. Vnde promiscuas sibi ui  
res ex utroq; uendicavit, effectus a'ui, et porri præbēs;  
inefficiacius tamen. Coctum porri modo dulcesat, & in olerum  
uicem transit.* De Sinapi. Cap. clxxi.

*Inapi hortensium, aliqui napi, Romani sinapi uocant.*

*S* Eligi debet maturum, ualde ruffum, non magnopere  
sicum, sed quod fractum interne uirescat, & quodā  
succo madeat, cœsum colore. Siquidem recens id genus, adulūq;  
habetur. Ad calfacendum, extenuandum, extrahendum, efficax  
est. Ad eliciendam capitis pituitam manditur. Contra præduros  
tonsillarum tumores, ac ueterem, callosamq; arteriæ scabriem,  
succus ex aqua, & melle, conuenienter gargarizatur. Sternuta  
menta ciet, tritum, & naribus ad motum. Comitialibus quoq; au  
xiliatur. Fœminas uulue strangulatu oppressas excitat. Lethar  
gias, deraſo capite illimitur cū fias amissū, donec rubescat locus.  
Ad coxendicum cruciatus, lienes, & omne genus dolores con  
fert cum permittandæ ualeitudinis causa, ex alto uitia extrahen  
da sunt. Alopecias illitum medetur. Faciem purgat. Sugillata cum  
melle, adipे, aut cerato rapit. Feræ impetigines, & lepræ, eo cum  
aceto perunguntur. Contra febrium circuitus aridum bibitur, aut  
potui polentæ modo inspergitur. Extrahentibus emplastris, fac  
biemq; extenuantibus, utiliter ammiseri sclet Grauntati aurium,  
& sonitui, cum ficio impositum prodest. Succus ad hebetudines  
oculorum, & genarum scabrias magna uiteate illimitur. Ex  
pressus recenti semine succus in sole siccatur.

De Nasturio. Cap. clxxii.

*Ardam non aliis Cynocardamon, aliis iberis, aliis Car  
daminacæ. Ægyptiis Semeth, Romanis Nasturium  
dicitur. Optimum constat esse Babylonicum. Omnium  
semen*

semen est acre. Excalfacit. Stomacho aduersatur. Aluum turbat. Tinea excutit. Lienem imminuit. Partus exanimat. Vrinam cit. Venerem stimulat. Sinapis & Erucae simile intelligitur. Lepræ, & impetigines abstergit. Illitum cum melle lienem extenuat. Fauos expurgat. Pulmonum uitia extrahit, sorbitonibus incolatum. Serpentium uenenis potum resilit, atque eas suffitu fugat. Capillorum defluvia cohibet. Carbunculos ad suppuracionem perducit, & rumpit. Coxendicibus cum polenta commode ex aceto illimitur. Tu mores, collectionesque discutit. Emittit furunculos, illitum cum miria. Hærbæ ad omnia eadem effectus, licet minor.

De Thlaspe. Cap. clxxiiij.

Hlaspi aliqui Thlaspidion, alijs Sinapi persicum, alijs Myiten, alijs sylvestre sinapi, alijs Dasmophon, alijs Myopteron, alijs Bitron, Aegyptijs Sintempsum: Romani scadulatum, alijs Capsellam, aut pedem gellinaceū uocant. Hærbula angustis foliis, digitali longitudine, in terram uersis, suppinguisbus, in circumne diuisis, sesquipedali caule, tenui, non fine adnascentibus ramis, fructu circa ipsum totum, ab extremo in latius se pandente, semine nasturci inclusō, lenticulæ effigie, nisi quod infringitur. Unde nomen accepit. Flos albicat. Nasatur in seminis, & sepibus, fossisque. Semen asperi gustus, excalfaciens. Eilem, & pituitam uerinq; extrahit, potum acetabili mensura. Prodest ischiadicis infusum. Sanguinem potu educit. Internas suppurationes rumpit. Menses ciet: sed partus enecat. Alterum Thlaspi tradit Crateuas, quod aliqui persiconapi uocant, latis foliis, radicibus magnis, utile ischiadicorum infusioni.

De Arabide. Cap. clxxvij.

Rabis hærba ad cubiti altitudinē assurgit, tenues spar-  
gens ramos, & ex utroque latere folia, cœu lepidissimæ, sed  
molliora, et candidiora. In circumne uero sambuci um-  
bellam gerit, candidos flores habentem. Hærba hæc cum prisana

K

DE MEDICINALI MATERIA  
et quitur, in Capadocia maxime. Semen aridum pro pipere ob-  
sonis ammiscetur.

De Irione.

Cap. clxxv.

Rysimon aliqui chamæplion. Latinè irionem uocant;  
e Magi Heraulis alphita Aegyptij erethmen, Iuxta ur-  
bes, domicilia, hortos q; noscatur. s. lysis erucæ sylvestris;  
cauliculis in lori modum lentis, floribus luteis, s. liquis in acu-  
mine gracibus, ut fœnogræco corniculatis. semine nasturci, exi-  
guo urentis gustus. Contra thoracis fluctiones efficax est, & si  
purulenta extus intunduntur. Regio morbo, & lumborum uilijs pro-  
dest. Contra uenena in delinectu cum melle datur. Illiiniur ex  
aqua, aut melle uiliter cœas carcinomatibus, parotidibus, duri-  
tuis mammarum, & testium inflammationibus. In totum exte-  
nuat, et calfacit. Mitius multo ad clystires fiet, si aqua maceratur,  
atq; torreatur, uel linteo illigatum, oblitio adipe perassetur.

De pipere.

Cap. clxxvi.

Iper in India nasci breui arbore traditur. Quæ inter  
p initia, prælungum fructum, ueluti siliquam promit.

Quod longum piper est. Habet intus aliquid terui mi-  
lio simile, quod tandem in perfectum piper euadit. Id autem suis  
temporibus adultum racemos emittit grana ferentes, quæ rosa-  
mus. Ea acerba candidum piper faciunt, aptum ocularii reme-  
dijs, antidotis, & medicaminibus quæ contra uenena para-  
tur, theriaci uocant. Longum uero uehementius mordet. Et quo  
riam prius q; ematurescat decerptum est, si bamarum relinqui-  
tur. Antidotis, & theriacis medicaminibus expeditum. Nigrum  
uero, ut pote q; tempesitia maturitate collectum sit, odoratu cœ  
constat candido suauius, acrius, & ori gratius, nec non ad condimē-  
ta utilius. Sed candidum, adhuc in acerbum uergens, antedictis  
infirmius est. Eligioportet grauissimum, plenum, nigrum, s. ne  
multi rugis, recens, minime furfurosum. Inueniuntur etiam mur-

in genere nigri, semina macie confecta, cossa, & inania, quod uocant brasma, Indorum lingua, sic significante abortum. Vis omnium exalfacit. Vrinam dicit. Concoquit. Extrahit. Discurrit. Absterget caliginem, quae oculis obuersatur. Piper febrium rigoribus siue potu, siue illitu, subuenit. Serpentium morsibus auxiliatur. Partus extrahit. Conceptum adimere creditur, statim ab initu suppositum. Tussi, omnibusque pectoris uitys siue eclegmate, siue potu, succurrit. Anginae eo, & melle conuenienter perunguntur. Potum cum recentibus lauri folijs, tormina discutit. Cum uua passa manducatum pituita a capite elicit. Valetudinem tuer. Dolores finit. Appetentiam mouet. Concoctionem adiuuat, in embammata additum. Serum aum pice discurrit. Vitiliges ex nitro emaciat. Fictili nouo, ut aiunt, motum torretur. Non est huius arboris radix gingiber, ut aliqui existimauere, sicuti paulo post ostenderemus. Namque piperis radix costo similis est, gustum calcaciens, eiique bligrae cognomentum est. Haec liuem reprimit, cum acetato illita, aut pota. Caput etiam purgat, manducata cum uua taminta, quam staphidem agriam uocant.

## De gingiberi. Cap. clxxvii.

Ingiberis sui generis plata est, in Troglodyticis Ara gibia magna ex parte nascentis. Qua uirente ad multas

perinde atque nos ruta, utuntur. Et primis potibus, & edulis amriscent. Huius radices cyperi modo paruae sunt, candicantes, & odoratissime, atque piper sapore imitantur. Eligi debente, quae teredines non nouerunt. A multis tamen ob id conduntur, proceleriter cariem sentiant. Fictilibus in Italiam asportantur. Gingiberis abo conuentans est. Et cum condimento assumitur. Excalfactoriam uitam, & excoquement habet. Aluum leniter emollit. Stomacho utilis est. Efficax aduersus ea, quae oculis caliginem offendunt. In antidota addisolut. In totum piperi uiribus non dissimile.

## DE MEDICINALI MATERIA.

De Hydropipere. Cap. clxxvij.

**Y**dropiper apud aquas nascitur, quæ stagnant, aut pro gro lapsu repunt. Caulem ædit angulosum, prædurū, multis alis conatum, folia mentæ, maiora, molliora, candidiora que; guslu piperis, acri, citra tamen illam odoris gratiā. Fructum acrem in surculis paruis, prope folia racematis co**h**ærentem. Folia cum semine illita tumores, ueteres que; duricias dis scutiunt. Sugillata delente. Quæ postque inaruerunt, eusa pro pi pere in obsoniis ammiscentur. Radix parua, nullius in medicina momenti.

De Tarmica. Cap. clxxix.

**T**armica frutex est, surculos habens paruos multos, rotundos, ab rotuno non dissimiles, & circa eos folia oleæ, longa, & in cæcumine capitulum uti anthemis dis, paruum, rotundum. Quod suo acri odore sternutamentum excitat. Vnde nomen accœpit. Folia cum floribus illita sugillationes rapiunt. Flores sternutamenta efficacissime mouent. Nascitur in montibus, & petrosis.

De Radicula, seu lanaria hærba. Cap. clxxx.

**R**adiciū ab aliquibus Cerdon, ab alijs Catharsis, ab alijs Struthio camelus, à qburdâ chamærrhyton, à Magis Calirhyton, à Latinis lanaria hærba, aut radicula appellatur. Nota est hærba, qua purgandis lanis uiuntur, que eas eluunt. Huius radix est acri. Vrinam aet. Prodest tussi, quā iecur excitauit, & orthopnoe ex melle sumpta cochlearis mensura. Alium soluit. Eadem cum panace, & capparis radice, calculos frangit, & cum urina exturbat. Duriciem lienis absumit. Menses imposita trahit. Partus enecat. Cum polenta autem, & acetō illa lepras tollit. Tuberula discutit, cum farina hordeacea, & in no decocta. Misceatur & malagmatis, & collyriis claritatis coufa. Sternutamenta mouet. Per os purget, trita cum melle, & nari bus infusa.

De Cyclamino. Cap. clxxxi.

Cyclaminus à quibusdam cissanthemon, ab aliis Cisso  
 phylon, ab aliis chelonion, aliis ichthyopheron, ab al-  
 iis Silene, à Zeroastre Trimphalites, ab Ostiane a-  
 spho, à Magis Miaspho: Ägyptis Thesæ, a Romanis rapū ter-  
 ræ, aut terræ umbilicus vocatur. Folia habet hæderæ, purpurea,  
 uaria, in quibus sus q; deq; albiant maculæ, caule nudo, quater-  
 nos digitos & quâtae, floribus in eo purpureis, rosarum effigie, ra-  
 dice nigra, & aliquantū lata, ut rapū uideri possit. Quæ cū hy-  
 dromelite pota, pituitam, aquam q; detrahit. Menses potu apposi-  
 tu' ue ciet. Tradunt, si prægnans radicem trâsgrediatur, abortum  
 fieri. Partum appensa accelerat. Contra uenena præstîm lepo-  
 ris marini, ex uino bibitur. Illito contra serpentum illius reme-  
 dio est. Radix immixta uino inebriat. Regium morbum discutit  
 tribus drachmis pota, cū passo, aut diluto malso. Sed oportet eū  
 qui ebilit, multis uestibus conctectum, loco calido, & perfrictione-  
 bus tuto, recumbere, quo facilius exudet. Eiecli autem sudores  
 sellei colore inueniuntur. Succus eius ad purgandum caput, nar-  
 bus infunditur. Ad delicienda quoq; alii excrementa, in uellere  
 sedi subiicitur. Illito umbilico, & imo uentre coxarum tenus,  
 eluum emollit. Sed abortum efficit. Suffusionibus, & retusæ oca-  
 torum aceti, oblitus cum melle succus prodest. Medicamentis ab-  
 ortum inferentibus, ammisctetur. Succus cum aceto illitus, proci-  
 duam sedem restituit. Exprimitur tusa radice succus, et ad mel  
 dis crassitudinem decoquitur. Radix autem gurgat. Eruptiones  
 papularum reprimit. Vulneribus ex aëto, aut melle medetur.  
 Lienem absunt. Vitia cutis in face, & allopecias emendat. Eius  
 decocto luxata, podagræ, & capitis ulcuscula, pernionesq; fo-  
 ueri congruum est. Ipsa q; in oleo ueteri serue facta, illito oleo,  
 ulcera ad cicatricem perducit. Caucata radix oleo expletur, &  
 cinere feruenti imponitur, adiecto interdum tyrrhenicæ ceræ

## DE MEDICINALI MATERIA

monento, ut stigmenti crassitudinem unguatum contrahat, cum primis uile pernitionibus. Radix scyllæ modo concisa reponitur. Narrant ad amatoria assumâ contusam, & in pastillos diuisam. Nascitur in umbrosis, maxime sub arboribus.

De Altera Cyclamino. Cap. clxxxii.

Si & altera Cyclaminus, quam cissanthemon, aut cissophyllum uocant, minoribus & hederæ foliis, genicula eis caulinibus, crassisque, circa vicinas arbores capreolorum modo se uoluentibus, flore candido, odorato, acinis hederæ mollibus, lenti gustus, ali juuentulum acris, radice superuata. Nascitur in asperis. Huius acini, drachmæ unius pondere poti cum uini albit cyathis duobus triginta diebus, liuenem per urinam, & alium absunt. Ad orthopœam bibitur. Reliquias à partu purgat.

De Draunculo. Cap. clxxxiii.

Racantium magnum aliqui Aron, ali Iason, ali Iason, ali Geraccon, ali Biaron, ali Armagron, ali Hyperida uocant. In umbrosis sepibus gignitur, Caule habet rectum, lœuem, duum cubitorum, basi crassitudine, uersicoloribus draconum maculis, purpureis tamen evincientibus. Folia ruminis, inflexa. Fructum summo caule facit, racemosum, coloris primum cineracei, mox per maturitatem in crocum, & purpuram uergentis, radicem præ grandem, retundam, candidam, cortice tenui uestitam. Colligitur, et dum maturescit, sic quis exprimitur, siccaturque in umbra. Radix quoque messibus effoditur, elotaque particulatim coquidetur, & funiculo transfixa siccatur in umbra. Cum diluta potionē crudam, coctam ue, cum melle delingi profest, contra orthopœas, rupta, conuulsa, tussim, et distillationes. Pota cum uino uenerem stimulat. Vlæra, quæ cæcœthe uocatur, atque phagedæmat expurgat. Præseruum cum uite alba. Ex ea, & melle collyria ad fistulas, & partus euocandos conponuntur. Ad uitiliges cum melle, efficaciter illinitur. Polypos, et carano-

mata absunt. Sucus ad oalorum medicamenta, item contra mœbas, caliginem, albuginesq; effectū præbet. Herbae, radicisq; odor, teneros conceptus ab ortu uitiat. Item si triginta grana eius in posci bibantur. Sunt, qui eius succum cum oleo, aurum doloribus infudere. Quinetiam folia, ut pote quæ adstringant, vulneribus recentibus imposuere, & cocta in uino perniombus. Qui folia manibus affrictuerit, aut radicem exemerit, posse a uipera feriri, insificantur.

*De Dracunculo paruo.* Cap. clxxxiiii.

Racunculus parvus folio constat hederaceo, magno, d candidis notis insigni, caule recto, biaubitali, uerficio-

lore, maculis resperso purpureis, ita ut anguem plane referat, bacculi crassitudine. Fructus summo caule racematis cohaeret, colore primum felleo, & cum ematuruit, croceo, gustu feruens, mordaxq; radice rotunda, bulbosa, raphano non ab simili, tenui obducta cortice. Nasatur in sepibus umbrosis. Seminis succus cum oleo instillatus, aurum dolorem mitigat. Naribus etiam ex lana impositus, poly pum absunt. Carcinomata illitu fistit.

Triginta eius grana, si in posci bibantur, abortus inferunt. Odorem aiunt, posteaq; flaccidi flores emarauerunt, conceptus adhuc teneros enectare. Radix exaltait. Orthopædis, ruptis, uulsi, tussi, distillationibus, auxiliatur. Humores pectoris excretu faiales reddit, siue cocta, rostaq; cum melle, aut per se se edatur, siue farina eius ex melle delingatur. Vrinam pellit. Venerem excitat, cum uino pota. Phagedænas ulcerum, & quæ evocèthe uocantur, trita cum melle, & brionia alba, expauriat, & ad cicatricem perduat. Collyria ex ipsa ad fistulas, & euiciendos partus fieri solent. Qui radice suæ manus perfriuerunt, a uiuenter s' ferim ne gantur. Illita ex aceto utiligines emaculat. Folia r centibus uulneribus, concerptorū linteorū uice, conuenienter imponuntur. Dicō: Etiam in uino perniombus apofosisse prodest. Caseus foliis in solutus, à putredine defenditur. Sucus radicis ad nubeculas, al-

## DE MEDICINALI MATERIA

Bugines, & oculorum caligines conuenit. Radix cruda, cocta uē ad sanorum usus, pro olere recipitur. In gymnetidit us in si. lis, quæ baleares vocantur, coctam radicem am nuelle multo, in coniuīis placentarum loco offerunt. Radix messibus effoditur, locaq; frustatim conciditur, et lino traiecta ficitur in umbra, ita reconditur.

De Aro.

Cap. clxxxv.

Ron apud syros Lupha uocatum, aliqui Alymon,  
alii Thymon, alii Dracontiam, Cyprii Colocassion dant. Folia emitit dracunculi, sed longiora, & paucoribus distincta maculis, caulem subpurpleum, dodrantalem, pistilli specie, à quo croceum semen exit. Radice dracunculi alba, quæ decocta estur, utpote cum minus acris sit. Folia ad esum condiuntur, et arida per se, decocta manduntur. Radix, semen, & folia, dracunculi uires habent. Priuatum radix è fimo bubulo podagrī illimitur, & dracunculi more reponitur. In totum obmittorem eius acrimoniam, in abum expetitur.

De Arisaro.

Cap. clxxxvi.

Risarū exiguā hærbula est, cuius radix oleæ magnitudinem implet, longe maioris, q; Aron, acrimonie. Vnde illitu nomas fistie. Fiunt collyria ex ea ad fistulas. Illitu radicis, genitale animalis cuiuscumq; in perniciē agit.

De Hastula regia.

Cap. CLXXXVII.

Astulam regiam græci asphodelon, alii Narthecion;  
Romani albūam uocat, uulgo notum. Folii est maioris porri, caule læui, ferente in cācumine florē, quæ Anthericon appellant. Radices subiacēt oblongae, rotundae, glandibus similes, gustu acres. Quæ excalfaciunt urinas, & menses epotæ ciunt. Lateris doloribus, rupeis, cornuulsi, & iussibus, drachmæ pondere potæ ex uino medentur. Ea uero uomitiones adiuvat, ludicrī tali magnitudine commanducata. A serpente demorsis datur aptissime. Verum trium drachmarum pondere,

foliis, floribus, et radice ex uino, morsus illinire oportet. Item ulce-  
ra sordida, & depascentia. Mammarum quoque, & testicū inflammationes, tuberculata, furunculosq; decoctis in fæce utrius bulbis. Recentil us oculorum inflammationibus ex polenta auxiliatur. Radicas succus adiecto ueteri uino dulci, myrrha, & croco deco-  
quitur, fitq; perq; utile oculis medicamentum. Ad purulentas au-  
reis per se, aut cum melle, uino, & myrrha tritus, prodest. In  
contrariam aurem infusus, dentium dolorem mitigat. Cinis è ra-  
dice illitus, alopecias ad pilum reducit. Oleum in excauatis radi-  
abus igni decoctum, illitu exulceratis pernionibus, & ambustis  
igni, conducta. Surditati instillatus in aurem, auxiliatur. Candi-  
dam utiliginem lintheo antea per frictam in sole, illita radix  
emendat. Semen, floresq; in uino poti scolopendræ, & scorpio-  
num uenenis, mirum in modum resistunt. Aluum purgant. Flo-  
ret messibus album. Quare æquinoctio uerno, ante quam semen  
adoleuerit, demetendum. Radicem aiunt potam, ueneris cupidita-  
tem inhibere. Quod bærbarius Cratæus assuerat. Addiditq;  
fanare podagræ dolores, si drachmæ pondere bibatur.

## De Bulbo uomitorio. Cap. CLXXXVIII.

**b.** Vilbus, quem uomitorium vocant, folia habet lentiora  
multo, & longiora bulbo abario, radicem sinulem,  
cortice magno. Ea mansa, aut decoctum eius potum,  
neficæ malis medetur. Vomitiones mouet.

## De Bulbo abario. Cap. CLXXXIX.

Ibarius bulbis uulgo cognitus, à nobis estur. Stoma-  
cho, et alio utilis ruffus, et ex Aphrica delatus. Ama-  
rus uero, & scylinus, stomacho aptior est, & conco-  
ctionem adiuuat. Bulbi omnes acrimoniam habent. Excalfa-  
cunt. Venerem stimulant. Linguam, tonsillasq; exasperant.  
Multum alimenti præbene. Carnes creant. Inflationem pariunt.  
Luxatis, fractis, articulorum doloribus efficaciter illununtur.

## DE MEDICINALI MATERIA

Spicula extrahunt. Gangrenas, & podagras ex melle, aut per se, hydropticorum tumores, & canum morsus cum melle, & per se polline illi cohibent. Stomachi dolores mitigant. Furfures, & ulcera, quae in capite manant, cum esto mero abstergunt. Sugillata, uarosq; per se, aut ex oui luceo, & lenitines cum melle, & aceto, emendant. Fractis auriculis, unguibus q;, ex polenta medentur. Idem calidis cineribus correfacti, tollunt fucus. Item cum cinere e mænarum capitibus, impositi. Cremati uero, & cu alcyonio misti, uitia cutis in facie, atras q; acutrices, in sole illi emaculant. Faciunt ad rupta, si cum aceto, cocti edantur. Sed copioiore eorum abso abstinendum. Quoniam neruos tentant: Cocti cum polenta, & ex suillo adipe impositi, tumores ac tuberculæ uelociſſime ad suppurationem perducunt, & rumpunt.

De Sall.

Cap.cxc.

Cilla uim acrem, atq; feruentem habet. Aſſatam multo utiliorem esse conſtat. Polline, aut luto obliata, in clybanum coniicatur, aut carbonibus obruitur, donec obducens farina ſufficienter intorta fuerit. Quia exēpta fi nō emolletur, altera farina, aut luto circumlimitur, & eadem, quæ prius fiunt. Nam quæ ita non aſſatur, interaneis maxime noxia eſt. Torretur item in olla, indito operculo, quæ in furnum de mittatur. Sumi etiam ſolet medium, direptis uiuo tenus tunicis, quod fruſtatum conſectum coquitur, mutata ſæpius aqua, donec ipſa nec amariitudinem, aut acrimoniā habeat, traiectaq; lino fruſtra ſiccantur in umbra, ita ut ne illa quidem parte ſe contingant. His fallæ ſegminibus ad oleum, uinum, aut acetum ſallinum uenitur. Ad rumas pedum, interna pars crudæ fallæ in olio feruefacta, aut cum resina liquefacta, imporitur. Deccſta in aceto demorſis à uipera, cataplasma eſt. Ad ſingulas affe partiis adieſti ocl. mts toſti ſalis, cochlear unum, aut alterum d. mus ieuſmis, ad emoliendam aliud. In potu autem, & odoratis medicis

minibus, quibus urinam ciere uolumus, hydropticisq; & stomachis, quibus innatet abus, regio morbo, tormibus, in tussi ueterate, suspriosis, & cruenta exuissentibus, tres obelos in delin-  
etu ex melle sumpsisse satis est. Coquitur cum melle, & est ut eo  
rundem gratia, maxime ut concoctionem adiuuet. Strigmenta  
per aluum extrahit. Cocta, & simili sumpta modo, eosdem præ-  
bet effusus. Sed cauendus scillæ usus his, qui intestinum sentiunt  
ulcus. Ad pensiles uerrucas, & perniones, tosta efficaciter illa-  
nitur. Tritum semen, & in carica, aut melle deuoratum, aluum  
emollit. Scilla in limine ianuae suspensa, mali medicamenti no-  
xam arcet. De Pancratio. Cap.cxcii

**Ancratium**, quod aliqui scallam appellant, radice est  
magni bulbi, ruffo colore, aut subpurpureo, gustu  
amaro, ac feruente: olis lili, sed longioribus. Scillæ u-  
res & præparationem habet; cod. m. q; pondere in morbis effica-  
citer assunxit: cui tamen mitior, quam scillæ facultas inest.  
Radix succus, cum erui farina digeritur in pastillos, qui hydro-  
picis, splenitisq; cum hydromelite, commodissime dantur.

De Cappari. Cap.cxcii.

Apparuit aliqui Cynosbafo, alii Capriæ, alii Corvi ma-  
li, alii Ophioscorodæ, alii Phylostaphylon q; à Thal-  
liam, aut Petream, alii Olophyton, alii ionium nenni illi  
Oligochloron, aut Acontion, aut Hippomanes, alii Trichomane:  
Magi Potera, alii Pentheron, aut cor lupi, alii aloschorodon, Ro-  
mani inturum, Aphri Hærbieato. Capparis aculeatus frutex est:  
qui in terra stratus magis in orbem evagatur. Spinas, ut rubus,  
habet, in ham modū aduicias. Folia malicotonæ, rotunda, fructu  
oleæ similem, qui cū dehiscens paditur, florem cādū promit: quo  
excusso nō nihil glādis oblongæ figura inuenitur, q; apertū grana  
aciniis punctorū similia ostendit. Radices lignosas spargit, grādes,  
nūerosasq;. Tenui solo, aspisq; locis, ī ijjlis iuxta domicilia nascit

## DE MEDICINALI MATERIA

Caulis, & fructus, abi gratia condiuntur. Aluum turbat. Stomacho aduersatur. Sitim gignit. Cocta tamen stomacho, q̄ cruda utilior est. Fructus drachmis duabus in uino potus, quadraginta diebus, liuem absumit: & urinam, cruentum q̄; excrementum emitit. Bibitur utilissime in coxarum doloribus, & nervorum resolutione, item ruptis, & conuulsis. Menses aet. Caput purgat. Dentium dolorem sedat, semen ex aceto decoctum, colluto inde ore. Aridus radicis cortex ad eadem proficit. Ulcera omnia uetera, & sordida, & quae occalluerunt, expurgat. Lienosis cum farina hordei illinitur. Dente demorsa dolor eius auxiliatur. Cum aceto trita, uitiligines albas absterget. Radix, folia q̄, intrita strumas, ac duricias discutiunt. Aurum uermiculos infusus succus necat. Aphrica, & Marmarica Capparis, uehementer inflane. Appula uomitus facit. Libyca, & quae rubro mari defertur, murum in modum acris est. Siquidem in ore pustulas excitat, gingivias q̄; osse tenus exest, quare in cibis non ab re damnatur.

De Lepidio. Cap.CXCIII.

Epidium aliqui gingidium vocant. Haerbula ulgo nota. Muria cum lacte seruatur, Vis foliorum acris, & exulcerans. Quapropter ischiadias illata, praesentissimum est auxilium, si cum helenij radice quarta parte herbe lineaetur. Lienosis simili modo prodest. Lepras eximit. Radix appetens collo, dolore dentium liberare existimatur.

De Ranunculo. CXCIII.

Anunculum aliqui sylvestre Apium vocant Complura eius generis. Vis tamen omnibus, una, acris, & uehementer exulcerans. Nam unum coriandri foliis constat, latioribus, subalbidis, pinguis, flore luteo, interdum purpureo, caule gracilis, cubitum alte, radice alba, exigua, amara q̄, multis capillamentis ellebori modo fibrata. Nascitur in limitibus humidis. Alterum lanuginosius, longiori caule, pluribus foliorum

incisuris, plerūq; in Sardinia proueniens, quām acerrimum, quod sylvestre apium appellant. Tertium minimum, odore graui, flore aureo. Quartum huic simile flore lacteo. Folia, flores, & caulinis recentes, illitu exulcerant, & crustas non sine dolore gignunt. Quare unguis scabros extricant. Scabiem eximunt. Stigmata delent. Formicantibus uerrucis, & penfibus, alopeciaq; paulisper illinuntur. Tepente decocto ferniones fuentur. Sicca radix, tritaq; sternutamenta ciet, naribus admota. Dentium dolorem appensa leuat, ipsis tamen frangit.

De Fremio.

Cap. cxcv.

**f** Remedium, græci anemonem, aliud agriam, aut nigram uocant, aliud anemonem phœniceam, aliud Enemion, non nulli Meconion, aliud Tragoceros, aliud terre parinem, aut Barbylam Ostanes Berilion, Item Ornios geranion. Pythagoras attractilida, Magi Cnicum agriam, Romani Orci tunicam. Duo fremin genera. Unum sylvestre: Alterum in cultis nascens. Cuius multæ species. Una phœnicium florem profert. Altera candidantem, aut lacteum, aut purpureum. Harum folia coriandro similia, tenoribus prope terram dimisuris, caules lanuginosos, tenues, in quibus flores ut papaveris, & in medio capitula nigra, aut cœrulea. Radix oleæ magnitudine, aut amplius paulo grandescit, fermeq; geniculis quibusdam cingitur. Sylvestri amplitudo maior, latioraq; folia, & duriora. Oblōgius caput, flore puniceo, multis radicum capillamentis. Acrior est, que nigra habet folia. Vis omnium acris. Ea de causa succus naribus infusus, purgat caput. Commanducata radix pituitam trahit. Decocta in passo, & illita medetur oculorum inflammationibus. Eicaterices eorundem, & hebetudines emendat. Sordida ulcera absigit. Folia, & caules, si cum ptisana decocti edantur, copiam lacris præbent. Menstrua ciunt uellere appositi. Illiti quoq; lepras eximunt. Sunt qui errore duelli argemonem nominari eu-

## DE MEDICINALI MATERIA

patorium putent. Quondam à sylvestri fremino, argemone, & papauer, quod rhœam appellant, de quo inter papaueris genera referemus, propter colorum cognationem in floribus, distinguere non possunt, Verum papaueris, & argemone color, minus puniceus spectatur, & utraq; tardius floret. Quintam argemone croœum succum, gustu admodum acrem, reddit. Rhœas uero cunctas didicimus, & acrem. Insuper fremino, & rhœadi capitula sylvestris papaueris similia insunt, sed in fremino superne crassiusculū in rhœade angustius. Fremij genera nec succum remittunt, nec asper habent, sed quasi asparagi citamen. In aruis illa saepius enascuntur.

De Argemone. Cap.cxcvi.

Rgemone à Græas Oenone uocatur, ab alijs anthemis, alii Homonœa, aliquibus flos campestris, Romanis concordialis, aut Pergalia, aliis Lyburnia, Gallis Corona. Sylvestri papaueri similis est. Folia habet fremino, divisa, florem puniceum, caput in cauleculo papaueris rhœadis, oblongius, & summis partibus latum, radicem rotundam. Succum croceum colore acrem, demittit. Argema, & nubeculas expurgat. Folia illitu inflammationes compescunt. Ea, ut herbarius Crateuus author est, contusa cum exungia strumas discurrit. Cribrata eius farina cum nitro, & sulphure ignem non experto contra uitiliges efficax est. Easq; sic coluntes ante confrictas in balneis sanat. Facit & ad scabiem.

De Altera Argemone. Cap.cxcvii.

Ltera est argemone, quam artemonen ali qui, alii arselam, aut Sorco collam uocant, Romanis argemoniæ.

Ea foliis sylvestri papaueri similis est. Recens trita in cerationes imposuit sanat. Oculorum inflammationes mitigat. Pota cu n aqua dysentericas auxiliatur. Vulnera conglutinat. Conuulsis, & uellicatis, imposta medetur. Inflammationibus utilis. Contra serpentium morsus cum uino bibitur.

De Anagallide, Cap. excviii.

**N**agallis purpurea, quibusdam Aeriis, aut Aegitis  
 a uocatur, aliis Sauritis, à Magis oculus sanguis, aut Che-  
 lidonion, Romanis Macia, Hetruscas Masytipos. gallis  
**S**apana, Dacis Cerceraphron. Anagallis cōmūnis, à quibusdā  
**C**orchoron, aliis Halicacabon, aliis Zelourus, Magis Nysteris-  
 tis, Aegyptius Mecie. Romanis Aneacaton, Aphris asirriscē Duo  
 eius genera, quae tantum flore distant. Nam quae cæruleo flore  
 est, fæmina dicitur. Mas, quae plœnica. Fruices sunt parui in  
 terra iacentes. Foliis in quadrangulo aculei pusilli subro undis,  
 ad Helxine folia accendentibus, semine rotundo. Vtreq. mitigan-  
 di uim habet. Inflammationem arcet. Adactos corpori aui'cos ex-  
 trahit. Nomas cohibet. Sucus apud galizatu purgat. Et na-  
 ribus infusus, do'orem dentium lumen, si in aduersam narem truci-  
 tur. Argema cum melle attico emēdat. Retusa oculorum aciei  
 auxiliatur. Contra uiperarum morsus, iocineris, & renun uiva,  
 ex uino si bibatur, prodest. Tradunt eam quae cæruleum edit flo-  
 rem, prociduam sedem reprimere. Quae uero plœnicum, illu-  
 euocare. De Hedera. Cap. excix.

Edera aliquibus Citharon, aliis Cissaren, aliis Chry-  
 b h socarpos, aliis Poëticā, aliis Corymbeibra, aliis Cissi-  
 on, aliis Dionysia, aliis Ithytherion, aliis Persis, aliis  
**C**emos, aliis Asplenos, Romanis Sylua mater, aliis Hedera,  
 Gallis Subites. Hedera differentias multas in specie scrititur,  
 generalissimas autem treis. Nam quædem candida est. Altera  
 nigra. Tertia Helix, Candida fructum fert candidum. Nigra m-  
 grum, aut croci et mulum, quam uulgus Dionysium uocat He-  
 lix fructum non gignit. Sed tenues habet palmites, & felia per-  
 ua, angulosa, & rubra. Hedera omnis acris est, & adlitris gens.  
 Neruos tentat. Flos trium digitorum carpit, facit ad difterita-  
 cos, in uino bis die potus. Ambassis cum cæratio illuminatur. Recen-

## DE MEDICINALI MATERIA.

cia folia ex acetō cocta, aut cruda cum pane detrita, lienes sanant. Foliorū, et corymborum succus, cum irino unguento, melle, aut nitro, naribus infunditur. Et contra ueteres capitis dolores, caput eo cum acetō, & rosaceo perfundi utile est. Purulentis auribus, aut dolentibus cum oleo medetur. Nigræ hederæ succus, aut epoti corymbi corpus infirmant, mentemq; turbant largius sumptū. Acini quinq; triti, calfacti q; in punico cortice cum rosa ceo, si instillentur à contraria aure dolorem dentium mitigant. Denigrant capillum illiti corymbi. Folia in uino decocta illinuntur omnium ulcerum generi, etiam si cacoëthe sint. Vitia actis in facie, et ambusta sanant, uti antea diximus decocta. Mouent menses triti, & subditū corymbi. Idem poti post purgationes foeminarum, drachmæ pondere concipiendi spem adimunt. Pediculus foliorum melle irrigatus, ac uulue inactus, menstrua, & parus extrahit. Instillatus succus putrida tædia narium, graueolentiamq; emenat, & sanitati restituit. Lachryma bedære psilo chrum est. Illitu pediculos enecat. Succus in acetō potus contra phalangia prodest.

### De Chelidonia.

Cap. ec.

Helidoniam magnam nonnulli Pæoniam uocant, alijs Cratæam, alijs Aubion, alijs Glauciam, quidum Philomedion, alijs Othonon, Romani Fabium, Galli Thonan, Ægyptii Nothoth, Daci Crustana Chelidonia maior, caule est cubitali, aut altiore, surculoso. Foliis ranunculi, multis molitoribus tamen, & colore cœsiis, flore violæ albæ, secundum singula folia prodeunte. In ea succus croci, mordax, acris, & aliquantulum subamarus, grauiter olens. Radix superne singulis in multa crocea capillamenta fibratur. Siliqua seu cornicula et papaveris, tenuis, longa, in qua semen papaveris maius recludatur. Succus in æreo vase, cum melle prunis decoctus, oculis cloritatem adfert. Foliis, caule, radice, succus exprimitur ineunte aestate, &

estate, & siccatus in umbra digeritus in pastillos. Radix autem aniso, & uino albo pota medetur regio morbo, & ulceritus, quæ serpunt. Imposita cum uino, aut manducata, dentium dolorem sedat. Hoc nomen sibi uidetur vindicasse, q[uia] aduentu hirundinum exoriatur, & discessu emarcescat. Sunt, qui narrant hirundines matres exæcatis pullis ad ferentes hærbam uisum restituere.

De Chelidonia minore. Cap. cci.

**C** *Chelidonia minor*, quam Tyrinon silvestre aliqui nun  
cuparunt: hærbula est stolomibus constans, sine caule,  
folijs hæderæ, multo rotundioribus, & minoribus, te-  
neris, et suppinguis. Radices habet complures, pusillas, in gra-  
norum tritici modum aæruatim congestas. quarum tres, aut qua-  
tuor in longitudinem exeunt. Iuxta aquas nasatur. Vis ei acris,  
& fremii modo summam autem exulcerat. Psoræ, & scabros  
ungues eximit. Sucus radicibus expressus ad purgandum caput,  
naribus infunditur. Decoctum eius cum melle gargariatum ua-  
lide caput inanit, & omnia pectoris uitia extrahit.

De Othonna. Cap. ccii.

**O** *Thonnam* aliqui maioris chelidoniæ succū esse aiunt:  
Alij succum floribus corniculati papaveris expres-  
sum: Alij permistos cæruleæ anagallis, hioscamu, et  
papaveris succos esse contendunt: Alij trogloditicæ hærbæ si ce-  
cum, quæ. *Othonna* uocatur, nasciq[ue] eam in eo Arabiæ tractu,  
q[uia] ad Aegyptum spectat. *Othonna* similis Erucae, perfratis cre-  
bro folijs, & ueluti à tinea dærosis, squallore obfusis, paucis: Flo-  
re croci, latifolio. Quare quidam fremy speciem esse putauerunt.  
Extractus sucus oculorum medicamentis adjicatur, ubi expurga-  
re est opus. Mordet enim, & abstergit omnem caliginem, quæ  
oculis offendit. Tradunt humorem quendam ex hærbâ emanare,  
qui elotus semotis calculis, in pastillos ad eadem digeratur.  
Aliqui tamen affirmant, lapidem esse Aegyptium, in Thebaide

L

## DE MEDICINALI MATERIA

nascetē, exigua magnitudine, cādido colore, gustu cū feroore quo-  
dā, et adstrictione mordac. De Auricula muris. Cap. ccii.

Yosota aliū Myoton, aliū Anthilion, aliū Alsinen, non  
nulli Myorthocon, aliū Myrthosplenon, Latinū muris  
auriculam uocant, Aphri Labaholabat. Nomen ideo  
accēpit, q̄ musarum aures foij̄ imitetur. Lucas, Et fabulosa  
loci amat, ideo Alsinē dicta est. Ea Helxine similis, sed humi-  
lier, ac folijs minor. Vim refrigeratoriam habet. Oculorum in-  
flamationibus conuententer ex polenta illinitur. Sucus eius au-  
rium doloribus instillatur. In totum eadem potest, quæ Helxine.

De altera auricula muris. Cap. cciiij.

Vris auricula, quam Myosotida uocat: hærba est cau-  
libus pluribus ab una radice, aliquatenus rubentibus,  
concauis ab uno. Folijs angustis, oblongis, dorso acut-  
o, nigrantibus, per interualla assidue geminatis, atq; in muc-  
rone desinentibus, Et tenuibus, caulinis ex clavū sinu prodiē-  
tibus, flore cœruleo. Radix digitali crassitudine, multis capillari-  
tis fibrata. In summa scolopendrio similis sed brevior, minor. Ra-  
dix illa ægilopia sanat. Sunt, qui Helxinen, muris auriculam uo-  
cent.

De Glasto satiuo. Cap. ccv.

Satis satiuia aliquibus augion, Magis Arusion, Ro-  
manis gluta, aut glastum dicitur. Glastum, quo infes-  
tores lanarum utuntur, foliam habet plantagini si-  
mile, uerum pinguus, nigrus q̄. Cuius caulis duūm cubitorum  
altitudinem excedit, illita folia tuniores omnes discentiunt. Cruen-  
ta uulnera glutinant. Sanguinis profluvia fistunt. Ignem sacrū,  
phagedenas, putrefactia ulcera, Et quæ serpunt, sanant.

De Sylvestri glasto. Cap. ccvi.

Ylvestre glastum satiuo simile est. Folia fert maiora,  
laetucaceis proxima, caules prætemues, multiflos, ru-  
bicantes. In quorum circumfere, foliari dependent

quandam linguarum effigiem referentes, in quibus semen. Flōre tenui, luteo. Eadem, quæ & supradicta, præstat. Potu, et illius lienosis auxiliatur. Sed sciendum est, ne tradita errorem pariant, sanguinum glustum, luteum florem, tenuiores, multifidosq; ramulos, proferre. In cācumine autem folliculos linguae speciem representantes, in quibus semen continetur, melanthio simile, caulem q; su præ binum cubitorum altitudinem attolli. Sylvestre uero nigriora ferre folia caulem manorem, sed crassiorem. Florem purpureum, aut cœruleum fructum crufiformem, asperum, in quo semen, folijs exilibus, quinquepertito diuisum.

De Thelephio. Cap. ccvij.

Elephium aliqui sylvestre semperiuum, aly portulae  
at sylvestrem appellant, Romani illecebram, Aegyptij Anoth, Aphri Trito purin. Hærba portulacæ si-  
milis, et caule, & foliis, habens geminans alas, singulis foliorū ge-  
nitalis inhærentes, à quibus rami sent, septen'ue fruticent, à radi  
& referti cœruleis folijs, crassis, lenis, carnosis. Flore luteo, au-  
candido. Nascitur, in altis, & maxime inter uites. Tem-  
pore uerno folia senis boris illita albam ui. diligē  
sanant. Sed postea hordeacea farina illini  
debet. Perunctam etiā in sole uiuli  
ginē tollunt. Sed ubi inarue  
runt, absterguntur.

Pedacii Dioscoridis Anazarbei De medicinali  
materia secundi Libri

F I N I S.

L 2

# PEDACII DIOSCORIDIS ANA

Zarbei, de medicinali materia Liber Tertius.

Ioanne Ruellio Suescionensi interprete.

Vperioribus charissime Ari commentarijs tradidimus de aromatibus, unguentis, oleis, arboribus, & prodeuntibus ex eis fructibus, & la chrymis. Item de animalibus, frumentis, oleribus, & hærbis acrimonia præditis. In hoc autem tertio de radicibus, succis, semiribus, hærbis, quæ & uenacula consuetudine usurpantur, queq; pluribus facient remedij, differemus. De Agarico. Cap.I.

Garicum radix fertur laserpitio similis, sed facie summa solutior, & fungosa tota. Duo eius genera, Fæmina rectis uenarum disansibus constat. Mas rotundus est, & undiq; compactior. Vtriq; gustus in initio dulcis, mox in amaritudinem transit. Sarmaticæ in aquifolia prouenit. Sunt qui radicem esse plantæ affirment. Alij ut fungos nasci in arborum caudicibus, quadam putredine. Gignitur in Galatia Asia contermina, & Cilicia in cedris, sed friabile, & infirmum Adstringendi, calfacendiq; naturam habet. Contra tormenta, & cruditaies, erupta, præcipitationesq; efficax. Datur duobus obolis in uino mulso, febrim non sentientibus. Febriculosis uero in aqua mulsa. Argnatis, quoꝝ, suspicioſis, iocineris, renumq; uitio latrantibus, dyfentericis Item si urina ægre reddatur, si uulue strangualus urget, si pallor membra decoloret, drachmo una dari solet. Si tabes infestat, ex passo. Si len negatum exhibet ex accesso mulso. Si dissolutio stomachi est, ita ut cibi tenax non sit, mandatur, & sine ulla humoris sorbitione deuoratur. Simili modo sade ructantibus propinatur. Sanguinis refectiones fistit, tri-

bus obolis ex aqua sumptum. Facit ad coxendicatum, & articulo-  
rum dolores, & comitiales morbos, si cum aceto mulso, pari pon-  
dere assumatur. Menses aet. Fœminis, quas inflatio nuluæ ue-  
xat, utiliter æquali modo datur. Rigores soluit datū ante febriū si-  
gnificationes. Alium purgat drachma una, aut altera, si cū aqua  
mulsa bibatur. Venenorum antidotum est drachmæ instar, cum  
diluta potionē sumptum. Si serpentes ictū uibrarunt, morsumq;  
sub fixerunt, tribus obolis ex uino potum, mire auxiliatur. In  
summa internis omnibus uitiis conuenit, pro uiribus, et ætate da-  
cum nunc ex aqua, nunc ex uino; ijs ex aceto mulso, alijs ex aqua  
mulsa.

## De Rhapontico. Cap.ii.

Ha aliqui Rheum, aliqui Rhiam, Latini Rha ponticā  
uocant. Prouenit in ijs, quæ supra Bosphorus sunt, re-  
gionibus, ex quibus affertur. Radix nigra Centau-  
rio magno similis, sed minor, & ruffior, fungosa, aliquantum le-  
uis, sine odore. Optimum habetur, quod teredines non sensit, si  
gustatu cum remissa ad strictione lente sciat, manducaatumq;  
colorē reddat pallidum, aut ad crocum inclinantem. Id epotum  
facit ad inflationes, stomachi imbecillitatem, & omne genus do-  
lores, ad conuulsa, lienosos, hepaticos, tormina, ad rerum, uescicæ,  
& pectoris uita, aduersus intenta præcordia, & uulue mala,  
coxendicatum dolores, sanguinis excretiones, suspiria, singultus,  
dyenterias, & cœliacorum affectus, contra febrium circuitus,  
& uenenatorum morsus. Datur in singulis ualeitudinibus eodem,  
quo agarium, pondere, et cum eisdem liquoribus. si febri careae,  
in mulso, sin aliter, ex aqua mulsa. si tabem egrediuntur, ex pas-  
so, si hinc exercet, nt aceto mulso. Si dissolutio est stomachi, id est  
cum abi tenax non est, mandatur, & sine sorbitione illa deuora-  
tur. Liuentia, lichenasq; tollit, cum aceto illitum. Inflammationes  
omneis ueteres ex aqua oblitum dissipat. Summa eius uis adstrin-  
gens cum aliquanto calore.

# DE MEDICINALI MATERIA.

## De Gentiana.

Cap.iii.

Entianam aliqui centauriam radicem, alii Aloën Gallicam, alii Narcem. alii Chironion, Dardani aloitum.

Romani genus, aut acendiam, alii Ciminalem vocant. Huius inuentio prima assignatur Gentidi Illyriorum regi, à quo cognomentum habuit. Folis proxime radicem, iuglandi, plantagini ue similibus, subrubris, à medio caule præsertim iuxta circulum paulum dissectis, caule cauo & inani, digiti crassitudine, genitato, & ex interuallis maioribus filiato, brum sœpe cubitorum. Semine in calycibus lato, leui, paleaceo, satis ad spphon diliū semen accedente. Radice longæ Aristolochiae, crassa, amara. Nascatur in sublimibus montium iugis, umbrosis locis, aquafisisq;. Vis radicis exaltatoria, & adstringens. Contra morsus serpentium duabus drachmis cum pipere, ruta, & uino pota, auxiliatur. Extracti succi drachma, laterum doloribus, & ex scabili deuolutis, ruptis, & conuulsis, prodest. Hepaticis, & stomachicis, pota cum aqua subuenit. Radix collyrii modo subdita, par tus eniat, Imposita ut lycum, vulneraria est, & ulcerum cunctis latim depascentium medela. Succus præcipue eodem effectu proficit. Oculis inflammatione laboratibus illinitur. Pro meconio collyrii acribus immiscetur. Radix utiliginem absterget. Succi extrahendi ratio hæc est. Contusa radix quinq; diebus aqua maceratur. Postea in eadem tantisper decoquitur, dum extent radices. Et ubi refrixit aqua, limiteo excolatur. Mox discoquitur, dum mellis crassitudo fiat, fictiliq; reconditur.

## De Aristolochia rotunda.

Cap.iii.

Aristolochia rotunda nomen ex eo sibi adoptauit, quod existimetur optime puerperis opitulari. Tria eius genera traduntur. Una, quæ foemina vocatur, flos si beracaeis, præstanti odore, cum acrimonia, mollibus, si brotundis, multis ab una radice germinibus, prælongisq; palmitibus, flore candido tanquam pileolo, rubro, grauiter olente.

De Aristolochia longa. Cap.v.

Ristolochia longa, mascula appellatur, non nullis dace  
ctylitis, aliis Melocarpos, aliis Teuxinon. Latine Ari  
stolochia, longiore, q̄ rotundo folio, tenuibus ramulis,  
dodrantalibus, store parpureo, grauiter olente, qui marcescens in  
pyri similitudinem conformatur. Tuberibus radicam rotundis,  
ut rapum. Longae uero radix digiti crassitudinem, & pa'mi lon-  
gitudinem implet. Non nunq̄ paulo grandius adolescit. Ambae  
colore intus buxeo, gustu amaro, & graui. Est etiamnum tertia  
longa, quae clematitis uocatur, ramulos habens tenues, refertos fo-  
liis subrotundis, minori semperiuio similibus, flores rute, plenio-  
res, radices longiores, tenues, crasso cortice, odoratoq; uestitas,  
unguentorum spissamentis conuententes. Rotunda cæteris uene-  
ris resiliue. Longa uero aduersas angues, & uenena, drachmæ po-  
dere ex uino bibitur, & illimitur. Pota cum pipere, & myrrha  
mensis, partus, & omnia uuluarum onera eniat. Eadem efficiat  
subdita in pessu. Rotunda ad eadem pollet. Insuper singulibus,  
suspiriis, rigoribus, lient conuulsis, laterum doloribus, pota cum  
aqua singulariter auxiliatur. Aadeos, & spicula extrahit. Os-  
sum squamas illitu adimit. Ulcera putrida exest, & sordida ex-  
purgat. Causa cum iri, & melle explet. Gingivias, & dentes ex-  
tergit. Clematitis ad eadem pollere creditur. Viribus tamen in-  
ferior est. Appellatur à quibusdā Ararisa, & melecaprum, ephe-  
stios, lestitis, pyxionix, dardanion, iontitis, Gallis theximon,  
Aegyptiis Sophoeb, Sialis, Chamæleon. Italis malum terræ.  
Dacas Absinthium rusticam. Nasatur in montibus, & calidis lo-  
cas, aut campestribus, & petrofis. Ad grauem febrim efficax est.  
Si midore subditis carbombis febricitans sufficiatur, febris leuabi-  
tur, vulnera impositu sanat. Caranomatis narium, cum cypiro,  
& dracunadi semine, & melle prodest. Rigoribus medetur, &  
est in oleo aut adipe suillo, illitaq;

# DE MEDICINALI MATERIA

De dulci Radice.

Cap. vi.

Lycyrri<sup>an</sup> aliqui Ponticam, alijs Glyceraton, quidam  
g Symphyton, alii Leonticam, alijs Glyciphyton, aliqui  
Scythion. alii Adifson, alii Sylithram, alii Lybiestas-  
tason, alii Omœromœon, alii Peænthaomœon, Latini dulcem ra-  
dicem appellauere. Plurima gignitur in Cappadocia, et Ponto.  
Fruticosa est, ramis binum cubitorum ale. tudine assurgentibus,  
folijs lentici, densis, pinguibus, tactuq; gummosis, flore hyacinthi,  
fructu pilularum platanum magnitudinis, asperiore, qui si liquas  
lentium modo habet, ruffas, & paruas, radicibus longis, ut gene-  
tianæ, coloris buxei, subacerbis, et dulcibus, quæ densantur in suc-  
cum lytiæ exemplo. Is in arteriæ scabricia efficax habetur. Ve-  
rum oportet, ut linguae subditus eliquescat. Aestuanti stomacho,  
thoraci, ac iocaneri conuenit. Sanat uescæ scabiem, & renum do-  
lores cum passo potus. Idem eliquatus situm sedat. Vulneribus  
illitus accommodatur. Commanducatus stomacho prodest. Re-  
centis, radicis decoctum ad eadem conuenit. Eiusdem farina pte-  
rygiis commodissime inspargitur.

De Centaurio magno. Cap. vii.

Entaurium magnum aliqui Narten vocant, aliij Lim-  
c neion, alii Maronem, alijs Plectroniam, alii Chiro-  
niam, alijs Linnestin: Magi Herculis sanguinem, Ro-  
manæ fel terræ. Folia habet iuglandis, ciblongis, viridi brassicarum  
colore, ferrata in ambitu, caulem cœu rumicas, binum aut ternum  
cubitorum multis ab radice adnatis, in quibus capita, cœu Papave-  
rū in rotunditate oblonga, flos cœruleus semen Crico simile, floc-  
cis qbusdā involutum Radix crassa, grauis, sclera tripedalis, sue  
co prægnans, cum adfrictione aliqua, & dulcine acris, & ru-  
bescens. Amat solum pingue, & apricum, ac sylvas, & colles.  
Copiosissima est in Lycia, & Peloponneso, in Arcadia, Helide,  
& Messenia, pluribusq; locis arca pholœp, Lycaon, & Smir-

nam Radix conuenit ruptis, conuulsis, pleuritis halitus difficultati, ueteri tussi. Sanguinem expuentibus, drachmis duabus tincta datur, si febris sit, in aqua, cæteris in uino. Item ad tormenta, & uulue dolores. Ramenta eius in collyrii formam uulue subditæ; menses atq; partus extrahunt. Succus eadem præstat. Vulneribus prodest. Nam recens tusa, aut arida ante madefacta, ea glutinat, & coniungit. Carnes coalescant, si tusa simul decoquatur. In Lycia sucacem exprimunt, quo pro lytio utuntur. Panacia appellata est, quoniam omnia mitiget uitia, que inflammationem minantur, plurimisq; scateat remedii. Pulsationes vulnerum, urinæ liliacæ, calculorum cruciatu, clysteri immissa sedat. Legitur matutinis sole ad ortum spectante, hora diei pura, cum omnia complentur.

De Centaurio minore. Cap.viii.

Entaurium minus aliqui Lymnesion, alii Elleboriten, alii Amaranthon, Magi herculis sanguinem, Latini febris fugam, alii auram, multi radicem, Daci Tubellam appellant. Limnesion aliqui vocavere, quoniam rigua amet loca. Hærba origani, aut hypericis similis, caule anguloso, palmum excedente, flore lychnidis, è puniceo in purpuram uergente, foliis rotæ prælongis, & paruis, fructu tritico simili, radice pusilla, lævius, & superuacua, quæ gustanti amaritudinem affert. Hærba resens tusa, suo illiuu vulnera conglutinat. Vetera ulcera purgat, & cicatrix obducit. Bilem, crassorq; humores per aluum exigit, si decocta deuoretur. Ius de vœcti ischiadicis conuentissime infunditur. Trahit enim sanguinem, & dolorem leuat. Succus oculorum medicamentis perq; utilis. Si quidem cum mille caliginem oculorum expurgat. In uellere appositus, menses, & partus extrahit. Et poros peculiariter nervorum uitios succurrit. Legitur semine prægnans, & diib; quinq; madefacta, decoquitur donec superemineat aquæ. Mox ubi refrixu lincheolo exprimitur.

## DE MEDICINALI MATERIA

Et electa herba, iterum decoquuntur, usq; dum nullis crassitudi-  
nem habeat. Nonnulli eam recentem grauidamq; contundunt,  
atq; succum fistuli non picato exprimunt, & in sole lignearu-  
de assidue mouentes, inspissant. Quod si quid concretum fau-  
cibus uasis adhaerescat, deradunt, reliquoq; humor i permiscant.  
Noctu diligenter operiunt Namq; ros nocturnus, liquores coa-  
lescere non sinit. Quæ autem sicas radicibus, aut hærbis liqua-  
menta exprimuntur, decocta ut in Gentianæ mentione retulimus  
præparantur. Sed quæ ex corticibus humidis, aut confusis, hærb-  
is factitantur, in sole, uti ante dictum est, cogim ur. Sic è Tac-  
pfia, sic è Mandragora, reliquisq; similibus succus, sic ex acerbis  
uuis melligo elicetur. Lycium tamen, & absinthium, hypocistis,  
& confirmulia, decocta eo, quo diximus modo, coguntur.

### De Chamaeleone albo. Cap. IX.

Hamæleo albus quibusdā Chryssceptron, aliis Ixia,  
c Romanis cardus uarinus, Aegyptiis Ephecar dicitur,  
aliis Ephihosechin, Ixiam ideo aliqui vocauere, q; qui  
busdam in locis uiscum circa radicem inueniatur. Quo pro ma-  
stiche utuntur mulieres. Folia habet syllobo, aut carduo similia,  
asperiora, acutiora, nigroq; chamaeleone ualidiora. Caulem non  
promit. Verum ex medio spinas Echini marini, aut Cinaræ  
modo, erigit, Flores purpureos ueluti papporum lanugines emi-  
tit. Semē Cnici simile. Radicē in latis collibus crassam in mon-  
tosis uero graciliorern, in profundo albam, aliquatenus aromati-  
cam, graui odore, aulam. Quæ pota acetabuli mensura, lata  
interaneorum tineas pellit. Bibitur autem in uno austero cum  
Origani feruefacti succo. Hydropticis commodissime drachma  
in uno datur. Etenim eos exteruat. Contra difficultatem urinæ  
decoctum propinatur. Haustia in uino serpentium uenenis resis-  
tut. Occidit canes, & sues. Mures item necat subacta cum polé-  
ta, aut aqua, & oleo madefacta.

## De Chamæleone nigro. Cap.x.

*Hamæleo niger*, quem Pancarpon aliqui, alii Vlopho non, alii Ixiam, alii Cynomaçon, alii Oamoides, alii Cnidion coccon, alii Cinoxyllon. Latini Carduum nigrum, aut uernilaginem, Ægyptii Sobel uocant. foliis scaly mo similis esset, nisi minora, tenuiora q; ac rubro distincta uiderentur. Caulem emittit dodrantalem, crassitudine digitali, suorum brum, & in umbella flores spinosos, tenues, hyacinthi æmulos, uer sicolores, radice crassa, nigra, densa, interdum exesa, quæ disjecta flavescat, & commanducata mordet. Prouenit in campestribus siccis, & clivoſis tractibus, & maritimis. Radix trita ad dito attractamenti futoriū exiguo cedrino oleo, & axungia, scabiem abigit. Eadem cum fibi sulphur, & bitumen ascutit, & acta in aeto illinitur, impetigines abstergit. Decoctum collutione densum dolorem mitigat. Cum pari pipere, & cera oblita radix, dolenti denti auxiliatur. Radice concisa, & in aeto decocta dentes foulentur. Eos quoq; frangit, si scriptorio stylo feruens admodum. Vitia artis in facie, uitilagine s; q; cum sulphure emendat. Erodentibus medicamentis ammisctetur. Phagedænas, tetrica, ulcera illitu sanat. Quare Chamæleo uocetur, è uarietate flororum evente. Mutant enim cum terra colorem. hic uiridia, illic albicans, aliubi cœrulea, nonnusq; rubra inueniuntur.

## De Crocodilio. Cap.xi.

*Rocodlion chamaeleonis* nigri figuram habet. Nascitur in sylvoſis, radice lõg; lœui, aliquantum lata, odo re ut nasturci acuto. Feruefacta in aqua, & pota radix, sanguinem copiosum per nareis pellit. Datur hencnis, eos evidenter adiuuans Semen ei rotundum mest, duplex uti sautu. Qd suapee ui urinam aet. De labro ueneris seu dipsaco. Cap.xii.

*Ipsacum* aliqui Crocodilion uocant, alii Chamæleonem, alit Onocandion, alii Veneris Lauacrum. Romanum labrum Veneris, alii carduū Veneris, Aegyptij

## DE MEDICINALI MATERIA

Sefene or, alii Chir, alii Meleta, Dac Sciarum. Aculeatarum generis est. Caulem habet altum, spinis horridum, felia laetitia, aculeata, prælonga, bullas intus, & extra spinosas in dorso medio, binis foliis geniculatum caulem amplectentibus, concavo alarum sinu, in quo imber, aut ros asseruetur, unde dipsaci, quasi sientis nomen traxit. In cacumine caulis, singula surculis capitula insunt, oblonga, echinata spinis, quæ arefacta candida spectantur, disjectaque medullatenuis, uermiculos ostendunt. Sanat rimas sedis, fistulasque si tusa, & decocta in uino radix, usque dum sit crassitudo cœræ, immittatur. Medicamentum ærea pyxide reconendum. A iunct formicationibus, uerrucisque pensilibus remedio esse. Vermiculi capitulorum in folliculo alligati, collo, aut brachio appensi, produntur quartanis febribus remedio esse.

De Spina alba. Cap. xiii.

**S**pina alba, quam Agriocanaram, alii Donacitum, alii Eryssaceptum uocant, Romani Spinam albam, aut Regiam, alii Cardum Raptarium. Nascitur in montibus, & sylvestris, Folia albi Chamæleonis, angustiora, & candiora, aliquantum hispida, & aculeata, caulem supra bina cibita altum, digiti magni, aut pollicis crassitudine, albicans, intus cauum. In cacumine capitulu inest spinosum, echini marinæ etiæ etiam, sed minus, & oblongum. Flores purpurei, in quibus semen etiæ Cnicum, sed rotundius. Huius radix pota, cæliacis, stomachatis, & ijs, qui cruenta extussiunt, efficax est. Vrinnam et. Tumebus illinitur. Decocto eius dentes in dolore collui prodest. Epotum semen conuulsis infantibus, & à serpente demorsis auxiliatur. Gestatum pro amuleto serpentes abigere traditur.

De Spina arabica. Cap. xiii.

**A**rabitæ spinae, quæ A cæthis aliquibus dicitur, natura albæ spinae similem esse constat. Ipsa siquidem striguit, Ad sanguinis refectiones, mensum abundantiam,

ceterasq; fluctiones radix etiamnum ualeat. Prouenit in asperis.

De Carduo.

Cap. xv.

*Arduus græce Scolymos, alias Pherusa, alias Pyrami-  
cantha nominatur, in Aegypto Cnus. Folia Chamæ-  
leonis habet aut albæ spinæ, nigriora, & crassiora.*

*Caulem longum ædit, scariosum, capite spinoso. Radice nigra, &  
crassa, quæ illita graueolentiam alarum totiusq; corporis emen-  
dat. Itē si decocta in uino bibatur. Copiosam autē urinam, facti  
damq; expellit. Hærba cū recens tenerescat, in olera asparagi mo-  
do transit.* De Poterio. Cap. xvi.

*Oterium aliqui Phrynon, Iones neurada, aliqui Aci-  
doton uocant. Large fruticat, cortice obductum tenui,  
spinis horridum, lanugine spissa, ramulis longis, molli-  
bus, lenti, tenuibus, tragacanthæ proximus. foliis paruis, rotundis,  
flore exiguo candidi coloris. Seminis nulli usus, sed guslu acuto,  
& odorato. Nasatur in aquosis, & collibus. Radices demittit  
binum ternūm' ue abitorum neruofas, & firmas: quæ proxime  
terrā recipiē dant succum gummi similem. Tusæ præcisis ner-  
uis, & vulneribus glutinadis illinuntur. Decoctū quoq; eius neru-  
ō affectibus prodest.* De Acanthio. Cap. xvii.

*Canthiū aliæ spinæ simile foliis aculeatis per exire-  
mitates, et lanagine araneosa obductis, quæ collecta,  
& in unum aceruata bombias effigiem præbent. Fo-  
lia, uel radices ad remedia opisthotoni bibuntur.*

De Acantha.

Cap. xviii.

*Cantham, aut Hærpacantham, quidā Melamphyllon,  
a Romanis Pederotam, aliqui Topiariam, alii Mamcla-  
riam, quidam Cræpulam uocant. Nasatur in hortis,  
petrofis, & riguis. Folia habet multo lactucæ latiora, &  
longiora, Erucæ diuisura, nigrantia, pinguis, lœuia. Caulem binum  
abitorum, digitali crassitudine, lœuem prope uerticem ex inter-*

## DE MEDICINALI MATERIA

nullis circundatum foliolis parvulas oblongas referentibus, hyacinthi similibus. E quibus flos prodit album semen oblongum, luteum, caput thyrsi specie. Radicibus mititur longis, mucosis, rubris, & glutinosis. Quae usus igni, et luxatis artubus illuc subueniuntur. Poterat urinam auri, sed alium cohibent, Ruptis, conuulsis, tabem sentientibus, mire profundit. De Sylvestri spina. Cap.xix.

Si et sylvestris spina carduo similis, aculeata, brevior.

• q̄ que i horis, sati q̄ proueniat. Cuius radix ad eadē ad quæ superior, pollet. De Anomide. Cap.xx.

Nonis, quam aliqui Onthida appellant, ramos habet.

• fruticosos, dodrante maiores, frequentibus geniculis cinctos, caulis alarum mulieris, capitibus rotundis, felis

lenticulae, pusillis ad rutæ, aut pratensis loti, folia accedētibus, sub hirsutis, odoratis, non iniucunde olentibus. Muria condatur ante spinoſa fiat. Cibis gratissima. Ramu acutioribus spinis, & uelutinioribus aculeis horrent. Radicem mitit candidam. Quæ excat facit, & extenuat. Huius cortex ex uino potus urinam aet. Calculos conmiruit. Margines ulcerum erodit. Radix cum decoquatur in posca, dolorem dentium collutione mitigat. Decoctum eius potu hemorrhoidas sanare crediuit.

De Leucanthha. Cap.xxi.

Eucanthham quidam Polygonaton, aliud Phyllon, aliud

Ischiada vocant, Romani Spinam albam. Radice cype ri ualida, & amara; quæ manducata dolorem dentium sedat. Veteri laterum dolori, atq̄ schiadicis prodest, decocto caythis tribus ex uino poto. Eadem ruptis, & conuulsis medetur. Radias epotus succus eosdem praebet effectus.

De Tragacantha. Cap.xxii.

Ragacanthæ radix lata, & lignosa summo cespite mititur, surculos humiles, robustos, latissime fundens, in

quibus minuta folia nonnunq̄ tenuta exoriuntur; que

*sub se spinas albas, rectas, et firmas oculant. Est etiam nū Tra-*  
*gaanthā lachryma, quæ vulnerata radice manans, cōcreuit. Præ-*  
*stat pellucens, gracilis, sincera, & subdulcis. Cutis spiracula ut*  
*gummi obstruit. Huius increbuit usus ad oculorum medicamen-*  
*ta, ad tussim, exasperatas fances, retusas uoces, cæterasq; de-*  
*stillationes, cum melle in delinctu. Subdita quoq; linguae lique-*  
*sat. In passo madefacta drachmæ pondere bibitur; contra renum*  
*doloram, & uescæ röfiones, mixto cornu cerui usq; et eloto, aut*  
*sassi aluminis momento.* De Eryngio. Cap. xxiii.

Ryngion aliqui Eryngen, ali Caryon, ali Gorgimon,  
 e ali hermon, ali origanū, chlunion, ali myracanthon,  
 ali Moly. Aegypti Crobyson, Magi siferton, Roma-  
 ni capitulū Martis, Dac Siaupnoex, Hispani Cēlūcapita, Aphri  
 Cherdam, ali Oriam Chloem, ali Chida appellant. A culeatarū  
 generis est. Cuius folia in principio, sale condua, in cibos rea-  
 piuntur. Lata aut̄ sunt, & extremo ambitu aspera, gustu aroma-  
 tica, quæ cū adolescent, per multas caulinum prominentias spinesse  
 in horrescant. In quorum summitatibus globosa capitula, durarū,  
 acutissimārū, spinarū ambitu stellatim circumvolvātur, quo  
 rum colos alias nīndis, alias albus, interdum cœruleus inueniuntur:  
 radix oblonga, lata, foris nigra, interne canicida, pollias crassitu-  
 dine, odorata. Nasatur in asperis, & campestribus. Vim habet  
 auctoritā. Pota mēses, & urinas pellit. Termīna, inflationesq;  
 discauit. Contra iocinerum uitia, serpentium morsus & hausta ue-  
 nena, cum uino prodest. Bibitur aduersus plurime, cū seminis  
 pastinacæ drachma una: App. nsa, illata ue tubercula discavere  
 prodit. Pota cum hydromelite radix, opif. horcas, & comilla  
 libus medetur. De Aloë. Cap. xxiii.

Loë aliquibus Amphibion, aliis Hermision, aliis  
 a Eryngion, aliis Tragoceros. Romans aloë, Barba-  
 ris alre dicitur. Cuius folium salæ similiudinem

## DE MEDICINALI MATERIA.

habet crassum, pingue, latū, rotundū, reorosus pandū. Folia utrinq; gerit, ex obliquis spinosa, rariuscule stria: a, brevia, Caulis emittitur non dissimilis antherico. Flos albus. Fractus hastulæ regiæ cognoscens. Graui tota est odore, & gustu amarissima. Radice una, cœu polo in terram depecta. Plurima, præpinguisq; in India gignitur, ex aqua coactus succus adfertur. Nasatur enim in Asia & Arabia, in insulis quibusdam, & maritimis ut in Andro, mini me succo extrahendo idonea, sed ad glutinando vulnera sane q; utilis, si detrita illuminatur. Duo succi genera. Quoddam harenosum, quod sidens crassamentum purissimæ esse uidetur. Alterum ad vocaneris imaginem uergit. Eligi debet syncæra, quæ nihil doli sensu, nitida, calcarorum expers, rufi coloris friabilis, ac vocaneris modo coacta, facile liquecens, eximiae amaritudinis. Improbatur nigræ, & fractu contumax. Cummi eam adulterant, quod deprehenditur gustu, amaritudine, & ualido odore: eo q; arguimento, q; digitis friata nō ad minima usq; frustra resolutur. Nec desunt, qui acaciam immitescant. Natura eius est spissare, exiccare, somnum allucere, & corpora densare, aluum resoluere. Stomachum repurgat binum colearium mensura, in aqua frigida, aut lacte pota. Sanguinis refectiones fistit. Regium morbum purgat, tribus obolis ex ad aqua, aut drachmæ pondere in potu. Desuorata cum resina, aut cù aqua, uel melle collo sumpta, aliū soluit. Purgationis perfectæ causa tribus drachmus sumuntur. Aliis purgatorius medicaminibus ammisita, prestat: ut minus stomachum infestent. Sicca glutinans vulneribus inspargitur. Vlceræ ad cicatricem perducit, cohoberq;. Eadem peculiariter exulceratis genitalibus medetur. Disrupta in funibus iungit. Condylo mata, rimis q; sedis ex passo sanat. Hæmorrhoidum abundantia, & sanguinis eruptiones fistit. Pterigia ad cicatricem ducit. Liuores, & insignita, ex melle tollit. Pruatim scabras lippitudines, prurigines q; angulorum, permulcat. Dolorem capitis sedat temponibus

poribus, & fronti illita, ex aceto, & rosaceo. Capillum fluentem continet, cum uino. Tonsillis, gingivis, & omnibus oris ulceribus, cum melle, & uino proficiat. Oculorum medicamentis torrentur, in munda, & candenti testa, pennaq; subinde uersatur, ut possit & qualiter torreri. Lauatur, ut quod sit barenosissimum, tanquam inuile subficiat, & leue, ac pinguissimum assumatur.

## De Absinthio.

Cap. xxv.

Absinthium aliqui Bathypicron Aegyptij Somi, Romanii absinthium. Hærba uulgo cognita. Præstatius in Ponto, & Cappadocia. In monte Tauro nascitur. Vim habet calfaciendi, & adstringendi. Bilem expurgat, quæ & stomacho, et uentri inhæfit. Vrinam cit. Crapulam præsumptum arcet. Ad inflationes uentris, & stomachi dolores prodest, cum seseli, & nardo gallico potum. Fastidia disauit. Arguatos sanat madefacti dilutum, aut decocti ius, quotidie tribus cyathis haustum. Menses cit potum, aut cum melle appositum. Contra fungorum strangulationes conuententer ex aceto bibitur. Aduersatur ixie uenenis cum uino. Item acutæ, & muris aranei maribus, & draconis marino. Anginæ eo cum melle, & nitro perunguntur, & epinyctides ex aqua. Ad fugillata & oculorum catagines ex melle illinitur. Item auribus, si manat sanguis. Dentium, auriumq; dolores decoctum uaporis suffitu compescit. Decoctum in passo dolentibus oculis oblunxitur. Item præcordiis, & iocaneri, eritum cum cærato cyprino. Stomacho quoq; longa ualitudine laboranti cum rosaceo. Cum fícis autem, aceto, & erui farina, aquæ inter autem, lienoſisq; subuenit. Vinum ex eo fit, quod absinthiæ vocant, præsertim in Propondite et Trhaia, quo ad antedicta utuntur, cum febri carent. Alioquin in aestate propinant, & acceptam huic uino incolumentem, referunt. Inspersum arcis Absinthium, uestes ab erodentium iniuria uincit. Culces eo, & oleo perunctis abigit, & à corpore arct.

M

## DE MEDICINALI MATERIA

Atramentum librarium diluto eius temperatum, literas à muri-  
um ero fione tuetur. Existimatur liquamentum eosdem præstare  
effectus. Attamen potionibus improbatur, quoniam stomachum  
male habet, & capitis et dolorem. Sunt qui cocta amurca liqua-  
mentum adulterant. De Marino Absinthio. Cap. XXVI.

Bsinthium marinum, quod aliqui Seriphium, Latini  
Centonicum vocant, copiosissimum in Tauro monte,  
iuxta Cappadociam, et in Thaphosiri Ægypti gigni-  
tur: quo Astatici pro oliuæ ramo utuntur. Hærba est temuis.  
Abrotom parui similitudine, referta minutulis seminibus, sùda-  
mara, stomacho inimica. Ea grauitate olet, & cum quadam cal-  
fatione adstringit. Id per se se, aut cum Orixa cœlum intera-  
ceorum animalia teretes q; tineas adiecto melle enecat. Aluum  
laevigat. Cum edulio autem, vel lenticula decoctum eadem præ-  
stare potest. Pecora maxime pingue sunt hoc pabulo. Tertium  
genus absinthio assignatur, quo Galatia alpibus finitima scatet.  
Id patrio nomine Santorucum vocant: regionis, in qua nasatur,  
cognomento, absinthio non dissimile, uerum subamarum est, non  
adeo seminis foecundum. Eadem, quæ Seriphium potest.

## De Abrotone. Cap. XXVII.

Brotonum alii Abutonon, alij Absinthium, Alij Hera-  
clion alij Cholopœon, alij Absinthiomenon, alii Theli-  
phoricon, alii Procampylon, Magi Neura phœni-  
cos, alii Cynanchiten, Romani Absinthium ponticum, nonnulli  
Thelythamnum, alii Glycyn ancona vocant. Duorum est gene-  
rum. Fœmina quadam arboris specie fruticans candidat, crassum  
ramulos foliis seriphii modo mirutum inafis. Floribus referta  
est, comantibus in summo fuligore auri corymbis. Quod per aestu-  
tem producit suauiter olet, cum grauitate quadam, & amaro gu-  
stu. Id genus Siculum esse constat. Alterum mas vocatur, sar-  
mentosum, tenui semine, uti Absinthium. Plurimum in Cappa-

doda gignitur, & Galatia Asia uocata, atq; in Syriae Hierapolit. Credu semē, tritū, et ferue factū ex aqua in potu auxiliatur, orthopnoicis, cōuulsis, ruptis, coxendicibus, urlmæ angustiis, mēsibus suppressis, aut remorantibus. In uino potū exitialū uenenorū atq; doñū est rigoribus ex oleo illinitur. Serpentes et substratu, et nādore fugat. Cōtra ieffus eorū cū uino potū prodest. Privatum effictum cōtra scorpionū, et phalāgiorū uenena. Oculorū inflamationib; bus cōmode illinitur, cū cotoneo colto, aut pane. Trifū cū farina hordeacea, decoctum q; tuberculata discutit. Irini compositionibus ammisctetur. De Hyssopo. Cap. XXVIII.

**H** Yssopum aliqui Later uocant, alii Cassialam. Aegyptii pesalē. Hærba nulli nō cognita, duū generum est montarum, et hortēse. Optimū est Cilicum. Vim habet extenuandi, et calfaciendi. Decoctum cum fias, aqua mille, ruta, potum q;, peripneumonias, diuturnæ tussi, suspiriosis, distillationibus, & orthopnoicis auxiliatur. Tineas enecat. Idem facit, si cum melle delingatur. Crassum humorem p; aluum extrahit, decoctum ex aceto mulso epotum. Ad subducendā aluū cum ficiis uiridibus detritis manditur. Vehementius addita Iri, Cardamomo, aut Trione deycit. Colorem in corpore fouet. Lierū, & aquæ inter autem, cum fico, nitroq;, inflammationibus quoq; ex uino illinitur. Cum feruente aqua impositum fugillata discutit. Cum decocto ficorum optime anginis ergari cōstat. Decoctum cum aceto dentium dolorem in collutione sedat. Inflationes auri aularū uaporis suffitu discutit. De Stichade Cap. XXIX.

**S**TICHAS, quam aliqui Cyncliopa, alii Alabiadē, alii Pācration, nonnulli Stiphoniam: Aegyptij Suphlo, Magi Pythonis oasis: Romani Scoblebinam uocantes iuxta Galliam in insulis eiusdem nominis, è regione Massiliæ dignitetur, unde cognomentum accepit. Hærba terui semine, cōma Thymi longiore folio, subamara gustu, & aliquantum acris,

# DE MEDICINALI MATERIA

Cuius decoctum Hyssopi modo ad pectoris uitia efficax est.  
Antidotis miscetur. Viscera omnia, & uniuersum animantis ha-  
bitum extenuat.

De origano.

Cap. XXX.

Rigatum Heracleoticum, quod & Cornelion uo-  
cant: folium habet hyssopo non dissimili, umbellamq;  
non in rotæ speciem orbiculatam, sed ueluti multifida  
semine in summis uirgis haudquam denso. Excalfacit. Vn-  
de decoctum cum uino potum demorsis à serpente conuenit. Si  
cautam, aut meconion hauserunt, ex passo, h. gypsum, aut ephe-  
meron, ax aceto mulso propinatur. Ruptis, conuulsis, hydropi-  
cis cum fico esuidatur. Aridum acetabuli mensura potum in aqua  
mulsa, atros humores per aluum extrahit. Menses ciet, & tussi  
cum melle linctum medetur. Ad puriginem pforas, regiumq;  
morbum decocti ius in balneis prodest. Succus uirentis tonsila-  
borum, unam, et oris ulceras sanat: et per nares ex oleo irino infusum  
trahit. Aurium dolores cum lacte mulcat. Conficiatur ex eo, & ce-  
pis, & rhois frutice, quo ad obsonia utuntur, uomitorium medici-  
mentum, his omnibus in auro pre uase per tricenos dies insolatis,  
dum carnae sydus flagrat. Hærbae autem, substratu serpentes  
fugantur.

De Omtide. Cap. XXXI.

Væ Omtis appellatur, cædidiore est folio, non dissimi-  
lis hyssopo. Semen ueluti coniunctos corymbos ha-  
bet. Vis ei Origam Heraclii, sed multo inefficior.

De Sylvestri Origano, Cap XXXII.

Euphorbium resipiat. Eius inuentio tempore Iabæ regis Libyæ co-  
gnita extitit. Succus illius suffusiones discurrit. Potus tota die ex-  
urit. Quare melli, collyriisq; pro acrimonie ratione annusceri de-  
bet. Coxarū doloribus prodet in odorifera potionē haustus. Squa-  
mas ossium eadem die eximit. Verum eo utentes necesse est, lina-  
mentis, aut cæratis communire corpus, quo ossa conueniuntur

## DE MEDICINALI MATERIA

Aliqui memorie prodiderunt, per aussos à serpente nihil molestum passuros, si incisa ossa tenus capitis ante, intritus sucus infundatur, uulnusque postea consuatur.

De galbano.

Cap. xcvi.

Albanum siccus est nascentis in Syria ferulae, quod nonnulli Metopium vocant. Maxime laudatur cartilagineum, merum, thuris effigiem praebens, minime lignosum, retinens non nihil adiecti seminis, aut ferulae, graui odore, neque humidum, neque aridum. Adulterorum faba fresa, et ammoniacum. Galbanum excalfacit, urit, extrahit, discutit. Menses, ac partus trahit, appositu, uel suffitu Lentigines aceto, et nitro perunctas tollit. Deuoratur ad tussim ueterem, difficultatem spirandi, suspiria rupta, conuulsa. Aduersatur toxicas potum cum acetato, et myrra. Simili modo sumptum mortuos partus extrahit. Imponitur lateris doloribus, et furunculis. Comitiales, et uulnæ strangulatus, et uertiginosos olfactu suscitat. Si uratur, fugacem ardorem serpentes, et perunctos feriri non patitur. Serpentes cum oleo, et sphondylo arcupositum necat. Dentium dolorem oblitum, aut cauernas inditum mitigat. Vrinarum difficultate prodeesse existimatur. Resolutur ad potionem amaris ruboribus, aqua, aut ruta, aut calido pane, mulsa ue. Alias metorio, aere isto, aut felle liquidus. Si purgare galbanum uoles, in feruentem aquam demitto. Namque cum liquefactum fuerit, eius sordes fluitabunt: quas hoc modo facile separabis. Mundo linteo alligatum in fistulis, aut aere aperte ita pendeat, ut imum uafis ne tangat. Operto que uafe in feruidam aquam dimitto. Sic enim syncerum, ueluti per os illum eliquescat et lignosum in linteo remanebit.

De Ammoniaco.

Cap. xcviij.

Ammoniacum herba est, ex qua Ammoniacum fit sulfurum quod thymiana vocant, aliqui Agazylon, alijs Criotherum, alii Heliostrum, Romani guttam appellant. Ferulae,

Ferulæ succus est, quam iuxta Cyrenen Aphricat gignit. Cuius fructicem cum radice Agnuscaillum vocant. Probatur bene coloratum, ligni, & calcarorum expers thuris similitudine, minutis glebis densum, syncerum, nulla sorde spurcatum, castoreum odore imitans, gustu amarum. Hoc genus trausma id est friaturam appellant. Quod uero terram, & calculos collegit, Phryama: quod significat mesturam. Gignitur in Aphrica iuxta Ammonis oraculum sucum stillante ferulacea arbore. Mollit, extrahit, calfacie. Tubercula, duriciasque discutit. Potum aluum soluit. Partus exstabat. Linen cōsumit, drachmæ pondere haustum. Articularum, coxendicūque doloribus liberat. Auxilio est anhelatoribus, orthopnoicas, comitalibus. Item quibus humor in pectori coit, si cum melle delingatur, aut cum ptisanæ succo sorbeatur. Cruentam urinam pellit. Albugines oculorum abstergit. Genarum scabriam absolvit. Tritum autem cum aceto, et impositum, iocaneris, lintersque durtias sedat. Discutit tofos, qui in artibus cōcilluerunt, cum melle, aut cum pice illitum. Lassitudines, & coxendiaum dolores eoperungi utile est, cum nitro, & cyprino oleo uice acopi.

## De Sarcolla.

Cap. xcviij.

*A*rcocolla lachryma est arboris in Perside nascentis, pollini thuris similis, ruffa, gustu amara. Vulnera glutinat. Oculorum frunctiones inhibet. Emplastris inseritur. Adulteratur ammiso gummi.

## De Glaucio.

Cap. xcix.

*L*aicum succus est herbæ, quæ in Hieroli Syriæ satur, folijs ferè corniculati papaveris, pinguisoribus tamen, in terram sparsis, odoris tetri, gustus amari. Tota croceo succo madet. Folia in olla fætili semifrigidis elibantur calfacti, indigenæ, usq; dum flaccescat. Deinde contusis succum exprimunt. Cuius est usus ad oculorum medicamenta. Vtpote cum inter initia refrigeret.

O

# DE MEDICINALI MATERIA

De glutino.

Cap. c.

Lutinum, quod Xylocollam, aliū Taurocollam uocant,  
g præstantissimum Rhodiacum, quod ex bubulis coriis  
conficitur. Id candidum est, et translucens. Nigrū uero  
minus probatur. Resolutum in aceto, impetigines, leprasq; curit  
delet. Ambustis igni ex aqua calida impositum, pustulas erum= pere nō pacitur. Vulneribus prodest melle, aut aceto madefactū.

De Glutino piscaū.

Cap. ci.

Luten piscaū, uenter est pisas cetacei. Præstat candi= cans, natione pontiacum, subasperum, carens squamis,  
g & quod celerrime liquefacit. Utile emplastris, capitis, &  
leprarum medicamentibus, & tetanothris, quæ autem faciei eru= gant, & extendunt. De Visco. Cap. ci.

Isoam optimum est recens, intus porraceum, extra ful= uum, quod asperi nihil, aut furfurosi conæperit. Fit aci= nis in robore nascentibus, buxeo fruticis fructu. Cottum acinum lauant, & postea in aqua decoquunt. Sunt qui comman= ducando ipsum efficiat. Gignitur quoq; in malo, pyro, & pleriq; aliis arboribus. Quinetiam inuenitur in quorundam frutiā ra= dicibus. Emollit, discutit, extrahit. Parotidas, tubercula, cæterasq; collectiones, ad maturationem perducit. Cum resina autem, & cæra pari, epinyctidas in splenio sanat. Vetera ulcera, suppura= tionesq;, quæ a citothe uocante, ex thure mollit. Lienem cum cal= ce, Gagate, aut Afio lapide, impositum absunt. Cum sandaraci, aut auripigmento illitum ungues extrahit. Mistum cum calce, & wind face, suam uim intendit.

De Aparine.

Cap. ciii.

Parinen aliqui Ampelocarpon, aliū Omphalocarpon,  
nonnulli philanthropon uocant, ramosam herbam, &  
quadrangulam, ex interuallis orbiculato foliorum ambi= tu, ut in rubia. Flos albus, semen durum, rotundum, concavum,

album umbilici figura, asperitate uestium tenaci. Ea pastores & huius utuntur, ad eximendos è lacte pilos. Seminis, caulinum, ac foliorum succus, potu contra uiperarum, phalangiorumq; morsus auxiliatur. Infuso aurum dolori medetur. Herba cum axungia trita strumas dicitur.

## De Alyso.

Cap. ciii.

Lysson aliqui Aspidon, alii Aplophyllon, alii Accyston, alii Adeseton nuncupant. Fruticosa herbula est unicaulis, rotundis foliis, fructu dupliaum sautorum effigie, in quo est semen, quadam tenuis latum. In montibus, & asperis locis emicat. Eius decoctum singultus sine febri, potu disertit. Idem efficiat, si quis eam aut teneat, aut odoretur. Cum melle trita, uitia cutis in facie, & lentigines emendat. Contusa in edulio, rabiei causis mederi putatur. Domibus appensa salutaris esse creditur. Et hominibus, atque animalibus, fasam amuletum. Purpureo linteo circumligata pecorum morbos abigit.

## De Asclepiade.

Cap. cv.

Asclepiadem aliqui Cission, alii Cissophyllum, nominant. Ramos emittit longos, folia hederæ, radices numerosas, temues, odoratas. Floris uirus graue. Semen securidæ. Nasatur in montibus. Radices ex uino potæ terminibus auxiliantur, & contra serpentium iecitus. Folia aduersus uulnæ mammariumq; ulcera, quæ cacoëthe vocant, illinuntur.

## De Tractylide.

Cap. vi.

Tractylis, quam aliqui Amyron vocant, alii Cricon sylvestrem, alii Aspidion, Magi Aphedron, Egypti Chenon, Romani Præsepium, aliqui fusum agrestem alii Colum rusticam: spina est Crico similis, folia multo longiora ferens, in summis uirgis, magna parte nuda, asperaque qua foeminae pro fusis utuntur. Capitula in caeruleo spinis boreant. Flos luteus. Quibusdam in locis purpureus inuenitur.

O 2

## DE MEDICINALI MATERIA

**R**adix tenuis superuacua. Coma, semen, et folia cum piper, et uino  
eruntur utilissime contra scorpionum ictus. Percussos tradunt quā-  
diu ea teneatur herba, nullum experiri dolorem, ipsumq; deposita,  
statim recrudesce. **De Polycnemo.** Cap.cvij.

**O**lycnemon quidam Clinopedium, alijs Polygonatum;  
**p** alijs Louis colum, alijs Echeonymon vocant. Frutex est sur-  
culosus, foliis Origani caule Pulegii, geniculis multis in-  
cepto, sine umbella tamen in circamine corymbo, bont os-  
doris, & acris, Vulneribus agglutinans recentis, aut aridū cum  
aqua efficaciter illinitur. Sed quinto die solui debet, Ad urinæ stil-  
licidia, ruptaq; cum uino bibitur. Edocuit reperientia contritos in  
uino albo ramulos ijs, qui affectibus laborant, quæ violentiae no-  
centur, magno esse præsidio.

**De Clinopodio.** Cap.cvij.

**L**inopodium aliqui cleonicon, alijs Ocamoides, alijs Zé-  
**c** pyron vocant, fruticem foliis serpylo simile surculosum,  
duum palmorum altitudine. Nascitur in petrosis. Flo-  
res marrubii, ex interuallis speciem leclipedum præbent. Bibitur  
herba, & succi eius decoctum, & conulsa, rupta, strangurias,  
serpentium ictus. Menses, & partus pellit. Et pensiles uerrucas;  
quas Acrochordonas vocant, ejicit aliquot diebus potu. Alium  
fistit decoctum ad tertias, potumq; si febrem sentiunt ex aqua.  
**Alioquin ex uino.**

**De Leontopetalo.** Cap.cix.

**L**eontopetalon aliquibus Leontopodium, alijs Leucoron,  
alijs Leontion, alijs Doris, aut Dorideris, alijs Lychnis a-  
graria, alijs Pardale, alijs Horybetron, alijs Rhapeion, Ro-  
manis Patabelclon, aut semen leoninum dicatur. Caule emittit do-  
drantalem, aut altiorem, plurimis alijs concavum, & in circamine  
semiria duo, aut tria, in siliquis cœris modo. Flores fremo simi-  
les, punicei coloris. Folia brassicæ, sed paraueris diuisura. Radice

bus nigris rapæ similibus, torosis. Nasatur in aruis, & segetibus. Radix auxiliatur serpentium iclibus ex uino pota. Nec alias res celerius dolorem finit. Miscatur ischiadicorum clysteribus.

De Teucrio.

Cap. cx.

**E**ucrion, siue (ut aliis placet) Teucris, herba est uirgæ referens effigiem Trisaginis similitudine, tenui folio, non multū à cicere alieno. Haec in Cilicia iuxta Genciadem, Scissademq; ubertim prouenit. Recens cum posca, aut aridæ feruefactæ ius, potu liuenem potenter absunt. Lienofis cum acetō, et ficiis illintur. Item serpentium moribus ex acetō solo, fine ficiis.

De Trisagine.

Cap. xxi.

**H**amedrys Græcis, aliis Chamædrops, Latinis Trisago dicitur. Sunt, qui eam Teucrion appellauere, propter eam, quam cum Teucrio seruat similitudinem. Nasatur in Petrofisi, & asperis. Futex dodrantalis, folia habens exigua, amara, effigie, & dissura quercus. Flore pene pureo. Carpitur semine prægnans. Recens in aqua decocta, poscu tu sibis indurato licet, urinæ difficultati, inipientibus hydrocyclicis auxiliatur. Cit menses. Partus extrahit. Lienem ex acetō pota cōsumit. Aduersus serpentium ueneria ex uino, potu, illiuq; efficacissima. Trita digeritur in pastillos ad si-prædicta. Purgat petra ulcera cum melle. Cum oleo illita caliginem oculorum dissipat. Natura eius est calfacere.

De Leucade.

Cap. cxii.

**E**ucas montana, latioribus, quam urbana foliis, semine acriore, amariore, ori ingrato. Efficacior tamen, quam sativa habeatur. Vtraq; ex uino contra animalium ueneria, præcipiæ meritorum opitulatur.

De Lychnide.

Cap. cxiii.

**L**ychnis coronaria, quam aliqui Athanaton vocant, alii Acylonium, ali Ballarion, alii Geranopodium, quidam

## DE MEDICINALI MATERIA

Corymbion, aliqui Taurion, aliū Sceptrum, aut Maloion: Ægyptij Semeon, Magi Sanguinem Apocathemenes, Romani gemulae rem, aut Balariam: flore est albæ violæ simili, quo et rollæ facti suntur. Contra scorpionum ictus semen in uino potū auxiliatur.

De Sylvestri Lychnide. Cap. cxiii.

Ychris sylvestris, Tragonoton, alias Atocon, alias Hieracopodium, aut Lampas vocantur. Ægyptius Semura, Magis apocathemenes Tarus, Romanis agresti intubum. Omnia urbanæ similis. Bilem per alium detrabit, semine duabus drachmis poto. Ictis à Scorpione subuenit. Atunt huius herbæ appositu, scorpiones torpescere & inertes prossus reddit.

De Lilio.

Cap. cxv.

Ræa Crinon basilicon vocant, aliū Crinanthepon, aliū Callirion, Magi Martis sanguinem. Ostharis auram Crocodili, Ægyptii Simphæphon, quidam Tialon, Latini Lilium, aliqui Rosam iconis. Syri Sesha. Aphri Abiblabon. Lilia coronamentis se dedunt, Lyria à quibusdam vocata. E quibus unguentum temperatur, quod aliqui Lirinum, aliū Sufinum appellant. Nervos, & priuatum uulnæ duricias emolliens. Fohæ hærbæ illa contra serpentum ictus auxiliatur. Feruefacta ambustis profaunt. Acto condita vulneribus apitulantur. Sucus adieicto melle, aut aceto, in æreo vase coquitur, conuenienti medicamento uetuslati ulcerum, & ad recentia vulnera. In assata radix, & ex rosaceo truagni ambustæ sanat. Valvam emolliet. Menses aet. Vlæra catrice obducat. Cum melle detrita nervis præassis, luxatisq; medetur. Vitiligines furfures, & lepræ emendat. Vlæraq; in capite manantia expurgat. Abstergit faciem, & erugat. Teritur in acto cum Hyosciam foliis, & farina tritici, mucendis testuum inflammationibus. Semen potum mercibus serpentium aduersatur. Ignibus sacris semen, & flos cum uino illi-

*huncūr. Tradunt & rubra esse Lilia. In Syria autem, & Pisidior  
Pamphiliae efficacissima unguentis nascentur.*

De Ballote, seu Marrubio nigro. Cap. cxvi.

*Alloten nomine alio nigrum Marrubium, aut magna  
b uocant, aliqui Nophthan, ali Notianosæmin, ali No-  
sprasson, alij Nothera, aliu Nochelin, aut Nostelin, aliij  
Nophrim, aliu Gnoturim, Romani Ulcerarium, aut Marrubium  
nigrum, aliu Canthurinum, Ægyptii Asphon, Magi Isonis san-  
guinem. Caules edit quadrangulos, nigros, subhirsutos, complu-  
res ex una radice. Foliis maioribus, quam Marrubii, hispidis, in-  
tercedente spatio, subrotundis, graue omentibus, apicis proxi-  
mis; Vnde aliqui Apiastrum eam uocauerunt. Caulibus albis orbis  
caulato florum ambitu, qui rotæ speciem præbeat. Vis eius efficax  
aduersus canis morsus, felis ex sale illitis. Feruenti cinere flac-  
cescant folia, ut condylomata reprimant. Purgant & sordida ulce-  
ra cum melle.*

De Apiastro. Cap. cxvii.

*Elissophyllum Græci, aliu Melithæum, aliu Melithænam,  
m aliu Meliphyllum, aliu Erythran, Latini Aplastrum, aut  
Citruginem, Galli Merisimorion uocant. Id sibi no-  
men usurpauit, quoniam apes ipsa herba delectantur. Cauliculi,  
& folia Ballotæ, de qua paulo ante diximus, similia essent, nisi  
minora, tenuiora q; nec ita hirsuta spicillarentur. Citrum malum  
olent. Folia cum uino pota, aut illita profunde conira ieiuis pha-  
langiorum, scorpionumq;. Item aduersus canis morsum. Deco-  
cto, eorundem gratia, foueri prodest. Desessiōnibus fœminarum  
ad cunctos menses conuenit. Dentes eodem in dolore colluuntur.  
Dysenterias infunditur. Fungorum strangulationibus folia ad-  
dio nitro, poeu auxiliantur. Torminibus, & orihopnoicis delin-  
ctu. Illicia cum sale strumas discutiunt. Ulcera purgant. Articu-  
larios dolores illa sedant.*

# DE MEDICINALI MATERIA.

## De Marrubio.

Cap. cxvij.

Rassion è Græcis aliqui uocant, alii Eupatorium, alijs Phyllophares, alii Tripedilon, alii Camelopodion, &c. Egypti Asteropen, Magi tauri sanguinem, aliqui Aphedron, Latini Marrubium, aliqui Labeoniam, Aphri Atierber. Tiam. Frutex est ab radice ramosus, candidans subhirsi. Ius, quam triangularibus ramis. Folium poll cem & quat subrotundum, his spidum, rugosum, gustu amaro. Semen in caulinis, & ex inter nallis flores uerticillato ambitu, asperi. Nascitur propter ædifica, & ruderata loca. Huius folia siccas, cum semine decoctas in aqua, aut viridium succus datur cum melle suspiciose, iussu nubibus, & ad tabitudinem redactis. Crassam è pectore pituitam, cum secca Iri ejicit. Mulieribus à partu non purgatis datur, ut menstrua, & secundas extrahat. Item in difficulti partu, & his, qui uenena hauserint, aut à serpentibus demorsi sunt. Vesicam, renesq; laedit. Folia cum melle illinuntur sordidis ulceribus purgandis. Pterigia, nomasq; fistunt. Laterum dolores mitigant, succus foliis contusis expressus, & sole coactus ad eadem pollet. Cum uino, & melle illitus, oculorum claritatem adiuuat. Naribus regium morbum expurgat. Aurum doloribus conuententer instillatur, per se, aut cum rosaceo.

## De Stachye.

Cap. cxix.

Tachys frutex est, Marrubio similis, sed longior. Folia ferens numeroſa, hirsuta, rara, prædura, cana, odoris iucundi, & complures uirgas ab radice exeuntes Marrubio, candidiores. Nascitur in montibus, et asperis. Vim habet exalſatoriam, & acrem fcliorū decoctum potu pellit menstrua, & secundas.

## De Phyllide.

Cap. cxx.

Hyllitis, quam aliqui Phyllin, alii Acaulon, alijs Sylestrem lapathum uocant: folia promit Rumici similia, longiora, & viridiora, sene, aut septena, quæ para-

te anteriore lœvia cernuntur, à tergo autem pensiles quasi uermi=caulos ostendunt. In umbrosis, & opacis hortorum ambulationibus emicat, gustu acerbo. Neq; caulem, neq; semen profert. Folia in uino pota serpētum morsibus aduersantur. Quadrupedibus per os infusa auxilio sunt. Et si dysenteria, aut resoluta aliis exerceat, potui dantur.

De Phalangio. Cap.cxxi.

**H**alangium à quibusdam Phalangition uocatur, ab a= p lījs Leucanthha. Ramuli sunt ei duo, plures'ue, in di= uersa tendentes, flos candidus, Lilio similis, multas in= cisoras habens. Semine nigro, lato ad lenticulae dimidiatae figu= ram, multo tenuiore. Radice parua, tenui, hærbacei coloris, dum à terra eruitur. Prouenit in collibus. huius folio, semine, flore cum uino poto, auxiliatur contra scorpionum phalangiorum q; ictus. Tormina quoq; discunt.

De Trifolio.

Cap cxxii.

Rœci Triphyllon, alii Oxyphyllon, alij Menyantes, g alij Asphaltion, alii Crition uocant, Romani Trifo= lium, aut acutum, aut odoratum. Frutex supra aridit= altitudinem atollitur, uirgas habens tenues, iuncas, & migras, è quibus ramulares enascuntur appendiculæ, quæ interna singu= lis germinationibus exeunt folia, Loto arbori similia. Tis recen= ter enatis rutæ odor inest. Vbi autem adoleuerunt, bitumen o= lent. Florem ædit purpureum, semen quadanterus latum, sub= hirsutum, ex altera extremitate exertum ueluti corniculum ge= rens. Radix tenuis, longa, ualida. Semen, & folia in aqua pota pleuriticis, urinæ difficultati, comitialibus, & iis, qui aquæ inter= cutem principia sentiunt, fœminis quoq; uulue uitio oportunis, auxiliantur. Menses cit, ternæ dragmæ è semine dari debent, è fo= lijs uero quaternæ. Cōtra serpentium ictus trita folia, et ex aceto mulso pota, præsidio sunt. Tradunt aliqui totius fructicis, radicis, foliorumq; decoctum fota dolores eorum finire, quos serpentes

## DE MEDICINALI MATERIA

percussent. Quia autem aqua huiusmodi, sanatus quis fuerit, si ea quipiam aliis foueatur, qui ictus habuerit, peinde afficitur, ne à serpente demorsus. Quidam terna folia, aut semina in tertians, cum uno potu dedere, et in quartaris quaterna, ut quæ febrium circuitus discuterent. Radix antidotis inferior.

### De Polio.

Cap. cxxiii.

Olium montanum, aliqui Theuthrion, alijs Feuxaspis p dion, ali Achamenin, ali Ebenitin, ali Melosmon; nonnulli Belion, quidam Leontocharon vocant. Duo genera eius. Montanum, cui Theuthrio nomen est, et cuius est usus cennis frutex est, candidus, neq; palmo altior, semine refertus: capitulo in cacamine quandam corymborum speciem præ se ferente, parvo, carnis hominis simili grauitate olente, non sine quadam suavitate. Alterum fruticosius non usq; adeo ualens odor, & viribus infirmius. Potum feruefactius auxiliatur serpentium ielibus. Hydropicis, morbo regio, & hæmosis ex aceto. Stomachum male habet. Caput doloribus afficit. Aluum, & mensas cie. Substratum suffitum ue serpentibus abigit. Illitum vulnera conglutinat.

### De Scordio.

Cap. cxxiiii.

Cordium aliqui Scorbion, alijs Pleuritin, alijs Dysomon, ali sylvestrem Calaminthen, quidam Chamedryn, alijs Mithridandon, Magi Podotis sanguinem, Aegypti Apho, Romani Trisaginem palustrem appellant. In montibus, & palustribus nascitur, foliis Trisaginis, majoribus, non sic in ambitu diuisis, aliquantum alia redolentibus, gustu amari, & adstringentibus, quadrangulis caulis, sibi rubro flore. Herba uim exaltatoriam habet. Vrinam at. Cocta recens, arida ue cum uino, aduersus uenenosos serpentium morsus bibitur. Ad stomachi quoq; rofiones, dysenteriam, & urinæ difficultatem, binis drachmis cum hydromelite, Crassamen purulentum

peccore expellit. Facit aridae farina ad ueterem tussim, erupta, con-  
sulta, si cum naſturgio melle, & resina miscetur in ecleg mate.  
Inflammata modice praecordia cærato excepta recreat. Cum u-  
teto acri, aut aqua, podagrī conuenienter illimitur. Menses im-  
posita mouet. Vulnera conglutinat. Vetera ulcera purget, & ex  
melle ad cicatricem perducit. Sicca excrecentias in carne & hi-  
bet. Succus ad eadem uitia bibitur. Inter prima efficax Pontiam  
natione, Cretiamq;.

## De Tussilagine.

Cap.cxxv.

Echion Græa, quidam Richion, alii Petrinam uocant;

b alii Peganon, alii Pithion, alii Pagonaton, alii Chaz-  
mæleucen, alii Procheton, alii Arcophyton, alii Cha-

mægiron, Aegypij Saarthan, Latini Tussilaginem, quidam  
Pharphariam, aut Pustulaginem, Bessi Asa. Folia ei sunt maiu-  
scula, quam hederæ, sex, aut septem à radice, subalbida à terra;  
superne uirentia, in plures angulos excurrentia. Caulis palmum al-  
tus, flos luteus. In uere, flore, & caule confessim exuitur. Inde  
nonnulli his uacare existimauerunt. Radix tenuis est, & su-  
peruacua. Nascitur in amoenis, & riguis. Folia ex melle trita  
igni sacro, & omnibus inflammationibus illitu medetur. Ari-  
dae fumus per infundibulum hianti ore raptus, hos sanat, qui fie-  
ca tussi, & orthopnoea infestantur. Peccoris uomitas rumpit.  
Eudem effectum præbet suffixa radix. Decocta in hydromelice,  
& pota emortuos partus ejicit.

## De Artemisia.

Cap.cxxvi.

Artemisia ramosa Græcis quibusdam Monoclonos, aliis

b Toxitesia, aliis Ephesia, aliis anactorios, aliis Sozus-  
sa, aliis Lycophryx: Magis hominis, sanguis, aliis Cry-

santhepon, Romanis herba regia, aut Arthemisia. aliis Rapium,  
aut Tertana, Gallis Pona, Dacis Zuoste dicitur. Magna ex par-  
te in maritimis nascitur. Absinthii modo fruticosa, maioribus,

## DE MEDICINALI MATERIA

**C**o pinguioribus folijs, ramis q;. Tenuior autem flore est parvo, temui, candido, graue olente. **E**t late floret. Sunt, qui in mediterraneis uniculis nomine appellant, tenuem herbulam, simplici caule, **C**o minimo floribus scatente, flavo colore. Hac iuaindiorem, quam præcedens, efflat odorem. Vtræ exalat, extenuat. Feruefactæ conuenienter in muliebres defessus adiuicuntur, ad detrahendos menses, partus, secundas q;. Item ad præclusiones uulnæ, **C**o eiusdem inflammationes. Calculos committunt. Removat am urinam dient. Menses pellit pubi illitæ. Succus uulnæ induit ex myrrha eadem, quæ infusio trahit. Coma tribus drachmis eorundem educendorum gratia bibitur.

De Artemisia tenuiore. Cap.cxxvij.

**L**eera tenuioribus foliis, in sepibus, et cultis, iuxta aquarum ductus, nasatur. Cuius flores, **C**o folia contrita Sampuci odorè reddunt. Si quis stomacho lubcret, herbam cum amygdalino oleo bene contundat, in malagmatis lento rem, **C**o stomacho imponat; sanitati restituetur. Qui nervorum dolore cruciantur, si succum ex rosaceo illinant sanantur.

De Ambrosia. Cap.cxxviij.

**M**brofia, quam Romani caprum syluaticum uocant, quidam Botrym, aliï Apium rusticum, **EC**o illius adstringere humores, qui in aliquam partem inasumbunt.

De Botrye. Cap.cxxix.

**O**try s fruticosa herba est, lutea tota, **C**o in multas alas sparsa. Semé circa ramos prouerit. Folia Cichorio similia. Tota suave odorem spirat. Quare uestimentis inter-

ponitur. Inuenitur in torrentium ripis. Pota orthopnæas mulcat.  
Hanc Cappadociæ ambrosiam uocant, alii artemisiæam.

De Gerando.

Cap. cxxx.

Eranion aliqui Peloniten, alii Trici, alii Geranogeronta,  
g Romani Vchinastrum, Aphri Lescen appellant. Foliis  
fremi, diuisuris longioribus, radice rotunda, dula. Quæ  
drachmæ pondere in uino pota, uulue inflationes disuertit.

De Altero Gerando.

Cap. cxxxii.

Eranium alterum, aliqui Myrrhin, alii Oxyphyllon, aliis  
g Cardamomum, alii Origanū uocant: Magi Hierobrync-  
cas, Latini gruinam, aut pulmoniam, aut cicotriam. Cau-  
libus minutis, & pilosis sesquipedalibus. Foliis moluæ. in summis  
alis sursum spectantia gruum capitula insunt, cum sias rostris,  
aut canini dentes: Nullius in medicina usus.

De Gnaphalio.

Cap. cxxxii.

Naphalion, alii Hires, alii Ampetocon, alii anaxiton, aliis  
g Anaphilim. Ægyptii Semeon, Galli Gelasonen, Latini  
centumalum uocant, quidam tucularem, alii Albinum.  
Cuius foliis mollibus minutisq; pro tomento utuntur. Bibuntur  
efficaciter folia in uino austero ad dysenteriam.

De Typha.

Cap. cxxxiii.

Typha folium ædit cyperidi simile, caulem albū, lœuem,  
tæquabilem, florem in cattamine ambientem, densum, qui  
in pappos soluitur: quod lanuginem aliqui nominant.  
Huius herbæ flos, suillo adipe eloto exceptus, ambustis medetur.  
Gignitur in palustribus, & aquis stagnantibus.

De Circæa.

Cap. cxxxiv.

Circæa, quam & dirceam aliqui uocant, foliis est horten-  
sis solani, agnatis crebris, flore nigro, pusillo, & piioso.  
Semine millii nascente in quibusdam corniculis: Do-  
drantali radice, triplici ferme, aut quadruplici, candida, odorata,

## DE MEDICINALI MATERIA.

exaltante. Nascitur in apricis, saxis, & uento perflatis. Radix tuſæ triens, in sextariis tribus uini dulcis, per diem: & noctem maceratur, potuq; triduo uulua expurgat. Semen sorbitonibus datum, lacte mammas nurricum explet.

De Oenanthe.

Cap.cxxxv.

Oenanthe, quam ali qui Cerascomion, alii Leucanthon uocant: folia habet pastinacæ, florem candidum, caulem crassum, palmi altitudine. Semen atriplicis, Radicem magnam, in multa rotunda capitula exuberantem. Nascitur in petris. Caulis eius, & folia, cum melle, & uino pota secundas euiciunt. Radix è uino urinæ stillatio conuenit.

De Conyza magna. Cap cxxxvi.

Conyza magna aliquibus cynocephaticis, aliis danais, aliis Tanachion, aliquibus Phytos, aliis Ichys, aliis Diulosmos, Magis Brephoctonos, quibusdam amubias, nonnullis hedemias, Ægyptiis Ceti, Romanis militaris, aut deliarium, aut febrisfuga, aliis fragimosa nuncupatur.

De Conyza parua. Cap.cxxxvii.

Conyza duo genera. Quæ parua uocatur, odore præstantior est. Maior uero fructuæ altior, & foliæ latioribus, graui odore. Vtriusq; folia oliuæ similia, hirsuta, pinguia in maiore caulis binum cubitorum altitudine attollitur. In minore pedem æquat. Flos squallidus, lutei, aut fului coloris. Qui in pappum abit. Radices superuacuae. Suffici, substratuq; fructex animalia fugat. Culicæ abigit, & pulicæ necat. Folia conuententer illinuntur serpentium plagi, & tuberculis, ac uulnibus. Flos cum uino ad menses, partusq; euiciendos, bibitur. Item contra urinæ stillatio, arquatum morbum, & tormina. Comitiales potus ex aceto adiuuat. Decoctum in defecionibus medetur uulue malis. Impositus sucus abortum facit. Ex oleo efficaciter rigoribus oblinxitur. Capitis dolores tenuis illata sanat.

De altera Conyza. Cap.cxxxviii.

Si tertium Conyzæ genus, quod aliqui paruam, alii  
Panion, alii Libanotidem: Magi cronus uocant, Caule  
crassiore, ac molliore, Foliis, quam paruæ, maiusculis,  
mârime pinguis, et Maiore minor multo grauioris odoris, & in=  
iucundioris: sed inefficior. Prouenit locis non rigidis.

De Lilio sylvestri. Cap.cxxxix.

Ræci Hemerocallen, alii Hemerocatalacton, alii cri=  
non agrion, alii Crinanthesmon, alii Porphyran=  
tes, alii Bulbum hæmaticon, alii Antiantharon,  
Romani bulbum, aut Lilium sylvestre, aut marinum, Aphri  
Abiblabon uocant. Folium, & caule habet Lili, porraceo co=  
lore. Flores in caule per singulos exortus, terni, aut quaterni  
erumpunt, Lili diuisura, quoties dehiscere cœperunt, Colore  
perquam pallido. Radix magna est, atque bulbosa. Quæ po=  
ea, aut cum melle, & lana in pessò apposita, aquam educti, &  
sanguinem. Folia trita mammarum inflammationes à partu con=  
tractas, oculorumq; collectiones mitigant. Radix, & folia igni  
ambustis utilissime illinuntur.

De Viola Alba. Cap.cxl.

Euction ex Græcis aliqui Basilion uocant, Latinu=lam albam, aliqui augustiam, nonnulli violam autum=nalem, aut passarinam. Vulgaris est notitiae, sed in flo=ribus differentia quædam. Namq; aut cœrulei, aut albi, aut pur=purei, aut lutei inueniuntur. Lutea uero præcipui in mediana usus. Huius aridi flores feruefacti in desessionibus, ualent contra uulnæ inflammationes, & menstrua expellunt. Sanant oris ulcera cum melle. Cum cœrato rimas sedis. Semen duūm drach=marum pondere ex uini potum, aut cum melle inditum, menses, secundas, & partus extrahit. Radices cum acetō illigat liene in re primunt, & podagricos iuuant.

# DE MEDICINALI MATERIA

De Cratæogono. Cap. cxli.

Ratæogonum: siue (ut aliis placet) Cratæonon, foliis tricuspidatis simile est, multis calamis ex una radice emicantis, multorumque geniculis: semine milii. Nascitur in opacis, et frumentosis, summopere acre. Traditum est à quibusdam quod si bibat ieuno ore, ter in die post menses purgatos, tribus onibus in cyathis aquæ duobus mulier, ante conceptum quadraginta diebus, & uir modo consimili, totidem diebus ante coitum haurias, uirilis sexus partum futurum.

De Phyllo. Cap. cxlii.

Hyllon aliqui Elæophyllum vocant. Nascitur in saxis, sed quod Thelygonon vocant, est ueluti muscus folio aliæ, magis herbacei coloris, Caule tenui, aut breui: Radice minuta, Flore candido. Semine papaveris simili, maiore. Sed arrhenogonon cætera huic simile, solo fructu distat. Habet enim unas deflorentibus oleis non dissimiles. Arrhenogonon potu, masculi sexus facere partus ut thelygonon fœminæ prodit. Horum Cratenas author est. Sed huiusmodi historia tenuis, mihi produxisse uidetur.

De Testiculo Canis. Cap. cxliii.

Estiulus canis, quem græca Orchin, aut Cynosorchin vocant, foliis arcu caulem mollis oleæ similibus, in terra stratis, longioribus, angustis, leuis. Caule dodrantali, floribus purpureis, radice bulbosa, oblonga, oliveæ modo angusta, dupli ordinis, superiore, quæ plenor est, inferiore, quæ mollior, ac rugosior. Eduntur radices coctæ, ut bulbi. Ex quibus si maiorem edant uiri, mares generari dicuntur. Si minorem fœminæ, alterum sexum. Addunt, in Thessalia mollem mulieres in lacte apprino bibere, ad stimulandos coitus: Aridam uero ad inhibendos. Et alterum alterius potu resolui. Nascitur in petrofisis, et sabuletis.

De altero testiculo. Cap. cxliij.

Estiulus, qui alio nomine Serapias, Andrea authore vocatur,

nocatur, quoniam radix inter paucas utilis sit, foliis est porri latioribus, oblongis, pinguis, ex alarum simu inflexis, Caule paleo, floribus pene purpureis: Radice testiculis simili. Quae illata tumores difficit. Vlaera purgat, et serpere eadem non patitur, Abolet fistulas, et illitu inflammationes lenti. Aridae radices nomas inhibent, sanantque oris putredines, & ulceram caecethem. Aluum fistunt è uino potae. De hac, eadem, quae de testiculo canis, produntur.

De Satyrio. Cap. cxlv.

*f* Atyrium aliqui Trifolium vocant, quoniam tria fert folia, ad terram infraelta, Rumica, aut Lilio similia, minora tamen, ac rubra. Caulem cubitalem, nudum. Florem Lilii effigie, candidum, radicem bulbosam, mali magnitudine, fulvam, intus ut ouum candidam, gustanti dulcem, & ori non ingratam: quam in uino nigro austero bibere conuerit, contra opilhooknum. Utendum ea dum concubandi incessit cupiditas, Siquidem ea, promtores ad uenerem fieri affirmant.

De Satyrio Erythronio. Cap. cxlvi.

*f* Atyrium Erythronion, aliqui Erythraicon, alii Melion aqueum, aliud Entaticon, alii Priapicon, aut Satyricon, aliqui Satiri testiculum appellant: Latinum molorticulum ueneris. Semine lini, maiore, duro, leui, splendente: quod fertur, non secus atque Scincus, libidinem excitare. Cortice radicis gracili, ruffo. Intus autem album includitur, sapore dulci, non ingrato ori. In montosis, & apricis enascitur. Venerem, ut produnt, si omnino manus teneatur radix, stimulat. Eoque magis si bibatur in uino.

De Hormino. Cap. cxlvii.

*b* Orminum satiuu à latini Geminatis, à Dacis Hormia dicitur. Foliis est Marrubio similis, caule semicubitali, quadrangulo, circa quæ eminentiae siliquæ similes producent, quæ ad radicem spectant, in quibus diuersum semen recluditur. Siquidem in sylvestri rotundum, fuscumque inuenitur. In

P

# DE MEDICINALI MATERIA

altero nigrum, & oblongum: cuius est usus. Ad uenerem flumus landam cum uino bibi uolunt. Purgat cum melle argema, albugi-  
nesque. Ilicium ex aqua tumores dissipat. Eo etiam extrahuntur ac-  
lei, ex corpore. Idem effectus est illae herbae. Sylvestre magis uia-  
ribus pollet. Quare unguentis praesertim gleucano permisetur.

De Securidacca.

Cap. cxlvij.

Edysaron unguentarii pelecinum, id est Securidacca  
h uocant. Fruticosa est, foliis aceris. Semen ruffum in si-  
liquis fert, corniculorum modo aduncis, quod anapit in  
securum emulatur: unde nomen accepit, amarum gustus. Stoma-  
cho utile in potu. Additur in antidotis. Cum melle ante coitum sub-  
ditum, concipiendi spem adimit. Nascitur in segetibus, et hordeis.

De Onosmate.

Cap. cxlii.

Nosma aliqui Osmaden, alii Ononin, alijs Phlonytin ap-  
pellant. Oblonga folia habet, ad similitudinem anchusa,  
longitude quatuor digitorum, & duum latitudine,  
mollia, in terra iacentia: sine caule, sine semine, sine flore. Radis  
ennititur longa, tenui, infirma, rubescere Gignitur in asperis. Fo-  
lia in uino pota partus extrahunt. Prægnans, si eam supergredia-  
tur, abortum facere dicatur.

De Nymphæa.

Cap. cl.

Ymphæa nascetur in paludibus, & stagnantibus aquis,  
folijs aborio minoribus, & longioribus. Alius in sum-  
ma aqua, alijs demersis, pluribus ex radice prodeuntie-  
bus: Flore lilio simili, albo, & in medio crocos habente. Cum de-  
ffloruerit, ut rotundum malum, aut papaueris caput, extuberat.  
Nigro semine, denso, et lato, lenti gustus. Caulis est laevis, nigr,  
minime crassus, aborio cognatus. Radix nigra, scabra, clavae si-  
milis: quæ autumno secatur. Sicca cum uino pota cœliacis, dy-  
sentericasque auxiliatur, Lienem absunt. Radix stomachi, ac ue-  
sicæ doloribus illinitur. Viviliges ex aqua emendat. Imposita-

cum pice, alopeciis medetur. Eadem contra ueneris insomnia bībitur. Siquidem ea prorsus adimit. Pota assidue aliquot diebus, genitale infirmat. Idem semen potum efficiat. Nymphæ nomen sibi uendicasse uidetur, quoniam aquosa amet plurima insenitur in Helide, in Anygro amne, & in Beotice Haliarto.

De altera Nymphæa. Cap. cli.

St & altera Nymphæa, cuius flos Blephara, dicitur, foliis ante dictæ: Radice alba, scabra, flore luteo, nitente, rosæ simili. Huius semen, & radix, contra foeminarum profluvia efficaciter ex uino nigro bibuntur. Nasatur in Thessalia amne Peneo.

De Androface. Cap.cly.

Androfaces, sunt qui Picrada appellant, alii Leucæ, alii Thalassiam. Herba est amara, teretes spar gens iuncos, sine foliis. Folios in capitulis habens, in quibus semen continetur. Gignitur in Syriae maritimæ. Ea drachmis duabus in uino potio copiosam hydropticis urinam art. Idem effectus est semini poto, & herba decocto podagræ utiliter illinitur.

De Asplenio. Cap.cly.

Splenum aliqui Scolopendron uocant, alii splenion, alii Hemionum, alii Pteryx, alii Lonchitum, alii Aturion, alii Phrygiam, aut Phrygium, aliqui Philtrodoton, Migi mustelæ sanguinem. Folis est multis, Scolopendræ amali similibus, ab radice una prodeuntibus. Nasatur in parietibus, saxisq; siliceis, & opacis. Nec caulem, nec florem, nec semen habet. Folia filiculæ modo dividuntur. Subter flauescentia hirsutaq; superne uiridia. Vim hanc habent folia, in aecto feruefacta, ut per dies quadraginta pota, liuenem absument, qui bus etiam conritis liuenem ex uino illam oportet. Stranguræ, & regio morbo prodest. Singulum sedet. Calulos in uesica com-

## DE MEDICINALI MATERIA.

minuit. Concepū adumere creditur, per seſe, aut cū multi liene ap-  
penſa. Tradunt noctū, ſilente luna, huius rei gratia effodiendā.

De Hemitonide.

Cap.clivj.

Eminoritis, quam aliqui Splenion uocant, folium emitit

b Draconis lunaū. Radibus cohaeret multus tenuitus.  
Nunquam flores, neq; ſemen, neq; caulem gignat: in petroſis na-  
ſcens, aſtero ſapore. Ea ex aēto pota hincem abſumit.

De Anthyllide

Cap.clv.

Nthyllis, quam quidam Anthemida uocant, alii Eran-

a themum, alii Leucanthemon, alii Soranthin, alii Campe-  
ſtrem florem, Romani Solaſtrum, duplex eſt. Quæ-  
dam enim lenti ſimillima fclis mollibus, rectis ramulis, palni al-  
titudine, radice parua, tenui. Nafcatur in ſulfis terris, & à ſole  
illuminatis non iuſſo g��u. Altera eſt foliis aiugæ ſimulis, hi-  
ſtioribus tamen, breuioribus, & aſperioribus. Flore purpureo;  
odoris admodum grauis. Radice Cichorii. Pota drachmis qua-  
tuor urinæ difficultati, renibus q; plurimum prodeſt. Tritæ, uul-  
uæ pituitas emolliunt cum roſaceo, & laſte impositæ. Vulneri-  
bus medentur, quæ autem aiugæ ſimilitudinem refert, pota cum  
aēto mulſo comitiales fanat.

De Anthemide.

Cap.clvi.

Nthemida aliqui Leucanthemon, alii Heranthemon, quo-

• niam uere floreat, alii Chamæmelon, quoniam mali odo-  
rem habeat, nonnulli Melanthemon, alii Chrysocomam,  
alii calliam Romani mallum, Apri aſteriſphen appellant. Gene-  
ra eius tria, tantum flore diſtantia. Ramū palmū non excedunt,  
fruticosi, aliis multis, concavi. Termitus ramulis, rotundis capitu-  
lis, floribus in medio aureis, forinſeaus orbiculato ambitu, candi-  
dis, melans, aut purpureis magnitudine ſcliorum rutæ. Nafcatur  
in aſperis, et iuxta ſemitas Colligitur uere. Vim habent radices,  
flores, & herba excalſaciendi, extenuandi q; Roru, et iuſſione,

pellunt menstrua, partus, urinam, calculosq;. Aduersus inflations, & ilei tormenta bibuntur. Bilem suffusam expurgant. Iocinerum uitia sanant Decocto earum uesicae fountur. Ex omnibus his generibus ad cuiusかulos efficacissima est, quae florem purpureum habet, cuius amplitudo maiuscula est. Hanc propriè Hernantheron uocant. Ea, cui Leucanthemo nomen est, item quæ Crysantheron dicitur, uebementius urinam cunct. Egiopius illatæ medentur. Commanducatæ ulcerum eruptiones in ore, sanant. Nonnulli in clysteribus ex oleo utuntur. Teruntur in farinam ad abigendos febrium circuitus. Flores, & folia recondi debent, & priuatum tusa, in paſſillos digeri. Radix quoq; sicari, dumq; ingruit necessitas, binæ partes hærbæ dari, modo floris, aut radicis, pars una: modo contra, floris partes duæ, & hærbæ una, permutatim duplicato pondere alternt diebus. bibere autem oportet in uino mulso d. luto.

## De Parthenio.

Cap. clvii.

**p** Arthemium aliqui Amaracon uocant, alii Anthemida, ali Leucanthemon, ali Camæmelon, ali Crysoctilin, ali Malabathron, nonnulli campeſtrem florem. Roma m Solis ſeculum, aliqui millefolium, Hetrusci Cautam, Aphri Thamath. Folij est coriandri, tenuibus, flore per ambitum albo, intus melmo, odore graui, ſapore amaro. Siccatum cum aceto mulso, aut ſale potum, non fecus atq; Epithymum, & bilem, & pituitam detrahit. Spiriforis prodest, et melancholicis, Hærba ſine flore à calculofis, & anhelatoribus magna utilitate bibitur. Valet decoctum ad infedendum in duritia uuluarū, & inflammationibus. Illinitur ſacro igni, & collectionibus cum flore.

## De Buphthalmo.

Cap. clviii.

**b** Vphthalmon quidam cithlam uocant, alii Balsamenam, Magi haemoran, ali Mercurii genituru, ali aphillis semen, aut mnesitheum, Romani coppacoramam.

# DE MEDICINALI MATERIA

Aphri narat. Tenues emitit caulinos, melleosq; filia feniuli, luteum florem Anthemide maiorem, oculi similitudine. Vnde nomen traxit *Circa opida* nasatur, & in *campestritus*. Flores cum ceraso triti tumores, duriciasq; dissipant. Ajunt epotam post exitum à balneis, regio morbo correptis, colorem tractu temporis reddere.

## De Paeonia.

## Cap clix.

Fœonia mas, siue glycyfide, Græcis aliquibus Pentobœron dicitur, aliis Orobeline, quibusdam Orobax, alijs Hæmagogon, alijs Pœfæden, alijs Monogemion, alijs Menion, alijs Pœonion, alijs Panthiceratos alijs idei ductyli, alijs aglaophotis, alijs Theodorion, alijs Selenion magis Selenogonon, alijs Phthisis, Romanis casta Caulis altitudine sesquipedis adorlescat, comitantibus multis stolonibus. Huius duo genera Mas folia iuglandis habet. In fœmina uero, Smyrnij more dividuntur, Summo caule siliquas emitit ueluti græcas nucis. In quibus, quum debisant, multa granula rubra, acnis puncorum similia inueniuntur, & in medio nigra, quin p, aut sex purpurea. Radix maris tenuis, digitali crassitudine, & palmi longitudine gaster adstringens, alba. Fœminæ radicibus seu glandis circiter septem, aut octo inhærent, ut in astula regia. Fœminus à partu non purgatis sicca radix datur. Ciet menses nucis græcae magnitudine pota. Sic uentris doloribus cum uino auxiliatur. Vale contra regium morbum, et renum, ac uescæ dolores. Decocta in uino alium fistit. Rubra grana rubenteis menses fistunt, diætem, uel duodecim pota in uino austero, & nigro. Stomachias, & erosioribus ea esse prodest. A pueris pota, initia calidorum extinxunt. Grana nigra auxiliantur si pressiōibus nocturnis, uulnæ strangulationibus, & matrias doloribus, quindecim in uino pota, in aqua mulsa, aut uino. Nasatur in altissimis montibus, & promonitorijso.

De Lithospermo. Cap. clx.

Lithospermon aliij *Ægonychon* uocant, ali*Leontion*, ali*leonium lapidem*, ali*Gorgonion*, ali*Tantalitin*, ali*Diosporon*, Romani Columbam, Daci Goncletam, ali*Heracliam*. A seminis duritiae nomen accepit. Folius est oiliue longioribus, et latioribus, lacent humi, quæ ab radice exiliunt. Ramulis surculosis, rectis, tenuibus, firmis, crassitudine iuncta. In quo*rum* circumne bifidi exortus, caulinorum specie exhibent. Folii longis, inter quæ paruum semen, rotundum, erui magnitudine, duritas lapidea. Nasatur in asperis, & aeditis locis. Vim hanc habet, ut semine cum uino albo poso calculos frangat, pellatque urinam.

De Phalaride. Cap. clxi.

Phalaris caulinatos emittit, quales *Zea*, è minutis, ac nullius usus radicibus, multos, duum palmarum, genitulis annos. Semen canarium, oblongum, mili magnitudine. Tunctitur, & in aqua, aut uino sucus ad uescicæ cruciatus utilissime bibitur. Semen cochlearis mensura potum ad eadem efficax est.

De Rubia. Cap. clxii.

Rythrodanum aliqui Teuthrion, ali*Dracanon*, ali*Cinnabarinum*, latini *Rubiam*, Etrusci *Lappam* minorem, *Ægyptii* *Sophobii* uocant. Radix rubra est, qua tigrum turlæ. Una spôte prouentur. Altera seritur, ut in Thebana Galilæa, & Rauenna Italæ. In Caria inter oleas, ut in aruis, solo creditur. Hanc non sine qua flui serunt. Namque maximum ex ea sentiunt prouentum. Asperi caules, et quadranguli, longi: Apertures non dissimiles, robustiores, et multo maiores: Folii per intervalla certa circum articulos, stellatum decausatis. Semen eius rotundum, inter initia viride, mox rubrum, postea cum ematuruit nigrum. Radix tenuis, longa, rubra. Urinam aet. Qua de causa regio morbo opitulatur, pota cum aqua mulsa. Item Ischiadias, & resolutis. Crassam, copiosamque urinam pellit, nonnunquam &

## DE MEDICINALI MATERIA

fanguinem. Bibentes tamen quotidie lauari oportet, & excremen-  
torum, quæ redundunt differentiam spectare. Aduersus serpen-  
tium morsus succum ex uino bibere prodest. Semen ex acetio pos-  
sum liuenem absunxit. Imposita radix trahit partus, menses, secun-  
dasq;. Albæ utiligint, illita ex acetio medetur.

### De Lonchitide.

Cap. clxiiij.

Onchitis, quæ Cestron, aut Medusa alio nomine dicitur,

latine uenerea, aut Lanceola: folia habet latioris porri, ru-  
bentia, plurima, ad radicem circumfracta, ueluti in terrâ  
procumbentia, pauca in caule. In quo flores seu galerauili bianti-  
bus comicis personis similes, nigri, et uelut è rictu albam exercen-  
tes linguam, quæ ad labrū inferius semen promat, lanceæ simile  
triangulum. Vnde sibi cognomentum arrogauit. Radix dauci.  
Nascatur in sitiētibus, et asperis. Radix ex uino pota urinâ ciet.

### De altera Lonchitide.

Cap. clxiiij.

Lteræ est Lonchitis, quam aliqui asperam Lonchitin: La-

tinæ Longinam, aut Calabrinam dicunt. Folia Scolopen-  
drii emittit. Sed asperiora, maioraq;, ac multo magis di-  
uisa, Vulneribus mirum in modum prodest. In eisq; inflamma-  
tiones excitari non patitur. Pota ex acetio liuenem absunxit.

### De Althæa.

Cap. clxv.

Lthæa, quam alii Althiocon, alii Ibisum uocat, in syl-  
vestrium maluarum genere est, cui folia ut Cyclam-  
no rotunda, lanugine canescunt. Flore rosaceo, biabit  
cali caule. Radice lentea, intus alba. Althæa appellatur, quod in-  
ter primas sit utilis, & pluribus polleat remediis. Decocta enim  
in uino, aut aqua mulsa, in potu efficax est contra uulnera, paro-  
cidas, abcessus, mammarum inflammationes, atritus sedis, ir-  
flections, neruorum rigores. Siquidem discutit, & excorquit, rum-  
pit, & ad cicatricem perducit. Cocta (ut dictum est) ad ieclo ful-  
lo adipi, aut anserino, terebinthina' ue, ut malagmatis lensor fiat,

facit ad uulua inflammationes, præclusionesq; in pessis subdita. Decoctū eodem fungitur munere. Onera uulue, reliquiasq; à partu extrahit. Decoctæ succus ex uino potus, succurrit urinæ difficultati, callosorum cruditatibus, dysentericis, ischiadicis, tremulis, ruptis. Dentium mulctæ dolorem, cum aceto decocta, colluto inde ore. Viride semen, siccumq; tritum, uitigines in sole perunctas emendat. Eodem cum oleo peruncti, à uenenatis non feriuntur. V alet contra dysenteriam, & sanguinis reiectiones, aliujq; profluvium. In posca, aut uino decoctum bibitur, contra omnes uesparum, apum, similiūmq; acaleato ielitus. Folia cum olei momento, morfibus, & igni ambustis illinuntur. Constat aquam tritaradice addita, sub diuo addensari.

## De Alœa.

Cap. clxvi.

**L**œa sylvestrium maluarum generi assignatur. Folia habet dimisā, Verbenacæ proxima, caules treis, aut quatuor, cortice cannabino uestitos. Florem rosæ, paruum, radices albas, latae, quinq; aut sex, cum plurimū cubitales. Quæ cum uino, aut aqua potæ dysentericas, ruptisq; mendentur.

## De sylvestri Cannabe. Cap. clxvij.

**S**yloestris Cannabis, quam aliqui Hydrastinam, Romanæ terminalem uocant, uirgas fert Althœæ similes, minores, nigriores, & asperiores, cubiti altitudinem exantes. Folio satiuæ, nigriore, et asperiore, stiore Lychnidis, sub rubro semine, & radice Althœæ. Decosta radix, illitu inflamationes mulctæ. Tumores discutit. Tofos articulorum dissipat. Huius cortex, torquendis funibus accommodatus.

## De satiuæ Cannabe. Cap. clxviii.

**S**atiuam Cannabim aliqui Cannabion, alii Schinos strophon, alii Asterion appellarunt, plantam magnâ in uita usus, ad robustissimos funes facilitandos. Folys mali, graui odore, caulis procœris, inambus, semine rotundo,

DE MEDICINALI MATERIA

Quod largiore abo genituram extinguit. Succus ex ea recte  
conuenienter aurum dolcibus instillatur.

De Anagyri.

Cap.clxix.

Nagyris, quam aliqui Acopon, alii Anagyron, ali  
a Agnacopon, vocant: frutex est arboris instar, grauis  
odore, foliis agni, virginitate, flore oleris. Senes in cor-  
malis non brevibus gignit, subrotundum, firmum, uersicolor  
facie, simile remibus, quod durescat per messes. Tenera felia tue-  
mores illitu reprimunt. Si partus haereat, et secundae, mensesque  
morentur, drachmae pondere bibuntur in passo. Sic et suspicio-  
sis dantur, et contra capitis dolores in uino. Difficiliter parien-  
tibus ad alligantur, ita ut a partu statim auferantur. Radix tex  
concoquendis, discutiendisque adhibetur. Semen commanduca-  
tum uomitiones uehementer ciet.

De Gepaea.

Cap.clxx.

Epaea portulacæ similis est; sed nigriora habet felia;  
e radicem temuere. Folia in uino pota, urinæ stilli-  
cio, et uescicæ scabie laborantibus, opitulantur. Ma-  
xime id præstat, si cum decocto radicam Asparagi bibatur.

De Alismate.

Cap.cxxi.

Lisma aliud Alcam, aliud Damassorion, alii Acyron, ali  
a Lyron, appellant. Folia ei plantaginis, nisi angustiora  
essent, lacrimosa, conuexaque; in terram, caule simplici-  
ter temui, cubito altiore, capitibus thyrsi. Flore temui, candido,  
pallecente, radicibus tenuibus, ut ueratri nigri, aceribus, odoratis,  
pinguibus. A quo sors amat tractus. Radix si drachma una,  
aut altera bibatur, his conuenit, qui leporem marinum deuora-  
runt, aut a rubetis ranis demorfi sunt, aut opium hauserunt. Tor-  
miribus, atque dysenteriae, per se, aut cum pari modo Dauci, potu-  
atur. Coniulfis, et contra uina uuluæ prodest. Herba fistulatu-  
rum, Menstrua pellit. Tumores illata mitigt.

## De Onobrychide. Cap.clxxii.

*Nobrychis*, quam è Græcis aliqui *Onobrochylon*, alii *Eschismenem*, alii *Corion*, alii *Chamæpytin*, Romant *opacum*, alii *Brichilatam*, alii *Loptam*, alii *Iocinalem*, Daci *Aniassexe* appellant: folia habet létis, longiora paulo caulim dodrantalem. Florem purpureum, radicem paruam. Nasatur ulti ginosis. Hærba suapte ui, se erita illinatur tubercula dissipat: cum uino pota strangurias sanat: illa ex oleo sudores mouet.

## De Hyperico. Cap.clxxiii.

*Yperiacam* alii *Androsæmon*, alii *Corion*, alii *Chamæpytin* appellant, quoniam semen odore resinam imitatu. Surculatio frutice, dodrantali, rubente: Folio rute, flore albæ uolæ simili, qui digitis tritus sanguineum succum remittit. Qua ex causa *Androsæmon* cognominatur. Subhirsi. filii sua, & terci, hordei magnitudine, semine intus nigro, resinosis odoris. Gigintur inaultis, & asperis. Vrinam cit. Menstrua pellit appositum. Tertianis, quartanis q; cum uino potum liberat. Semen triginta diebus haustum, ischiadicis medetur. Folia cum semine illita ambusta sanant.

## De Ascyro. Cap.clxxiii.

*Cyrum*, quod à quibusdam *Aschyroides* nominatur: yperia genus est, magnitudine distans, fruticosius, maiores habens ramos, rubentia folia, tenuia. Flores luteos, & fructum resinosum, hyperico non absimilem. Cuius attritu digni fere cruentantur. Qua de causa *Androsæmoni* vocauere. Vsus semiratis ad ischiadicos. Potum in hydromelitis sextario biliosa recrementa amplissime detrahit. Sed assidue dare oportet, donec sanitati restituantur. Illinitur & ambustis efficacit.

## De Androsæmo. Cap.clxxv.

*Androsæmon*, siue ut alii appellauerent *Ascyron*, aut *Dionysiadem*, ab *hyperico*, *ascyro* q; differt, quod

## DE MEDICINALI MATERIA

surculosum, ad tenuem sit. Rubentes ramæ, & folia ruteæ duplicita, aut triplicia. Quæ erita uino fr. cco manant. Complureis alas habet in cassamine, in uerius utrumq; digestas. In quibus flores pufili lutei, & in calyculis semen Papaveris nigri, insigne lineis. Huius comæ tritæ resina sum odorem reddunt. Semen drachmis duabus potum, biliosa excrementa pellit. Ischiadicis medetur, sed à purgatione aquam exorbere oportet. Haerba ambustis illata medetur. Vulneribus sanguinem exhibet.

De Con.

Cap. clxxvi.

Oris, quod aliqui hypericon vocant: frutex est filio ericæ, rubro, pinguiore, ac minor, non aliud palmo suavis, odoratus, acris. Potum semen mensestrahit, & urinas. Contra Phalangiorum mortis ex uino potum auxilio est. Rigoribus ex pipere, opisthotomis ex oleo, atque illimitur. Radix uino decocta, potaq; defecatis, operm ferre creditur. Sed laborantem inter potandum quam optime cooperari licet. Si quidem corpus totum desudabit, ex qua re pristinam agilitatem recuperabit.

De Aiuga

Cap. clxxvij.

Ræas chamæpytis, aliis pitysorysis, aliis Origanon: ijs, qui Pontum incolunt, Olocyron, aliis Bryonia syringa, Iris, Athenis Ionia, Euboeas Sideritis, Magis Minerua & sanguis, Latiniis Aiuga, aut cyprium, Dacis Duchela appellatur. Herba in terra repens inaurua, flos simperuui minoris, molio tenuioribus, hirsutis, & pinguioribus, circum rectos densis. Odore pirus, flore tenue, luteo, uel candido, radialius achori. Folia septem diebus in uino pota, regio morbo medetur. Et quadraginta diebus ex hydrocelite, ischiadicos sanant. Dantur peculiariter urinæ difficultibus rocaniris, & reium uitios. Tonnofis profundunt. Ea apud Heracleam ponticam perire deatq; antidotio contra acomitum utuntur, bibentes decoctum. Ad antedicta illa illuminur, cum polenta iure decocti si. bacca. Trita in farinam,

*C*um fico in pilulis sumpta, aluum emollit. Excepta melle cum  
æris squamma, *C* resinæ purgat. Apposita ex melle uulue uitia  
extrahit. Mamarum duritas dissipat. Vulnera glutinat. Vlo-  
œra, quæ serpunt cum melle illata cohabet.

De altera Aiuga. Cap. clxxvij.

Lterum est genus Aiugæ, cubitalibus ramis, in anchora-  
ræ speciem inaruitis, prætenubus, coma præcedentis,  
flore candido semine nigro. Hæc pinum redolet, Tertia  
mas nominatur, paruula, foliis exilibus albis, scabris, caule aspe-  
ro, candido, luteis floribus, semine iuxta alas. Resipit hæc pi-  
num. Vim eandem obtinet, sed non usq; adeo efficiacem.

F I N I S.

## PEDACII DIOSCORIDIS ANA-

Zarbei de medianali materia Liber quartus, Io-  
anne Ruellio Suessionensi interprete.

**N** superioribus libris amantissime Ari tradidi-  
mus de odoramentis, oleis, arboribus, unguen-  
eis, animalibus, frumentis, oleribus, radiabus,  
succar, hærbis, seminibus q; In hoc autem quarto  
differemus de radiabus, et eis, quæ restat, hærbis.

De Betonica. Cap. I.

Estron Psychotrophon uocatur, quoniam frigidis lo-  
cis inueniatur. Lat Betonicam appellant. Hærbæ est  
caulem ferens tenuem, cubiti altitudine, aut maiorem,  
quadratum, folia quercus, mollia, longæ, in ambitu diuisa, odora-  
ea, prope radicem maiora. In summis caulinibus, semen ueluti Sa-  
tureiæ spicatum inest. Decerpta huius folia siccantur, plurimos

## DE MEDICINALI MATERIA.

ad usus radicibus militur ut ueratri temubus. Quæ ex hydro-  
melite in potu, pituitosam uomitionem euocant. Folia dari debent,  
ruptis, conuulsis, mulieribus uulue malo opportunis, et ad laxan-  
dos uteri strangulatus, drachmæ unius pondere cum hydromeli-  
te. Tres in uim sextario drachmæ, contra serpentium morsi sebi-  
buntur. Herba magna utilitate illatis à serpente vulneribus illa-  
natur. Aduersus etiam uenena diachma ex uino pota conuenit.  
Presumpta ea, si uenenum hauriatur, nihil nocebit. Urinam aet.  
Alium subducat. Medetur comitalibus, et insans pita ex aqua,  
Coccoineris, henisq; ultiis, drachmæ pondere in aceto malso. Con-  
coctionem adiuuat, si quis ea fabæ magnitudine secundum coe-  
nam cum melle colto deuorarit. Modo consimili acide ructantia-  
bus propinatur. Stomachicas eam manducare, & succum deuora-  
re proderit, si postea dilutum uimum sorbeatur. Datur sanguinem  
excreantibus tribus obolis, cum diluti uint, aut lattis cyatho.  
Ischiadicis, renum, & uesticæ doloribus ex aqua. Aquæ inter ar-  
tem binis drachmis ex hydromelie. Regio morbo laborantis rea-  
creat. Menses pellit, drachmæ pondere cum uino pota. Alium pur-  
gant drachmæ quartuor potæ, in hydromelis decem cyathis. Far-  
at, cum melle ad tabem, & purulentam excretionem. Folia sic-  
ca, tritaq; fistili uase reconduntur.

### De Bretanicæ.

Cap.ii.

Ritaria aut Vettonica, folia habet sylvestris lapathi,  
b sed nigra, & densiora, gustu adstringentia. Radicem  
tenuem, et breuem. Cauli paruum emittit. Foliis expri-  
mitur succus, qui igni, aut sole cogitur. Vim habet adstringentem.  
Primitum depascentibus oris, & tonsillarum ulceribus accom-  
modatam. Valeit etiam ad reliqua, quibus adstrictione est opus.

### De Vettonica.

Cap.iii.

Ettonica nasatur in pratis, & montibus, locis mu-  
dis, & opacis, circa fruticæ. Animas hominum, &

corpora aetodit, nocturnas ambulatores, & loca sancta. Gracibus somnis resistit. Ad omnem medendi usum commendata. Radicem habet rubram, odoratam, porracea folia, medio eorum puniceo, in recto calamo triangula, floribus in circumne pureis. Farina recentis vulneribus capitis indita, dolorem fit. Vulnera glutinat. Fracta ossa extrahit. Sed quotidie impont debet, dum persanescant. Dolori capitis medetur, si iure decocti perfundatur, aut temporibus cum bitumine illinatur, aut radix sufficiatur.

## De Lysimachia.

Cap.iii.

Ysimachia, quam aliqui Lytron, appellant, caules emit-  
tit cubitales, altiores ue, fructos, tenues, prodeunti-  
bus geniculatum folii, tenuibus, salias figura guslu  
adstringentibus, store ruffo, aut aureo. Gignitur in aquosis, &  
palustribus. Foliorum succus adstringente sua ui sanguinis reie-  
ctionem suppressit. Dysenterias potui datur, aut infunditur.  
Mensium abundantiam fistul, in pessu. Sanguinis profluvio sub-  
uenie, si nares ea hæbra obturentur. Vulnerum cruentum cohi-  
bet. A cerrimum nidorem suffixa reddit. Qua de causa serpentes  
fugat, & muscas interficit.

## De Sanguinaria, seu polygono.

Cap.v.

Olygonum arrhen, aliqui Polygonatum appellant, ali  
Cynochalam, ali Heracliam, ali Aspalton, ali Chilio-  
phyllon, ali Clema, ali Polycarpon, ali carcinethron,  
ali Teuthalida, ali Myrtopetalon, ali Cnepodion, ali  
Zarithream, ali Pedalion, Egyptiu Telphion, aliqui Stemphion,  
Magi genituram herois, aliqui unguem muris, Latini Sanguinaria,  
aut semi-salem, Aphri Chulum. Ramos habet teneros, &  
molles, frequentibus geniculis cinctos, qui per terram ut gramen  
repunt. Folia ruteæ, sed molliora, planiora q; Semine si b omnibus  
foliis turgescere. Unde mare appellari volunt. Flos ei candidus,

## DE MEDICINALI MATERIA

aut puniceus. Vis epoti suca est spissare, ac refrigerare. Prodest cruentæ excretioni, cholerae, alii fluctionibus, & urinæ stillitia etiæ. Urinam aperte ciet. Cum uino potus, contra serpentium morsus auxiliatur. Datur in febribus per horam ante significaciones. Fœminarum profluvia impositu sistit. Idem sucus purulentis auribus instillatur. Facit eximie ad genitalium ulcera, cum uino adiecto melle decoctus. Stomachi feniore, sanguinis refectionibus, ulceribus, que serpunt, gribus sacris, collectionibus, tumoribus, & recentibus vulneribus folia illinuntur.

De Sanguinaria fœmina. Cap.vi.

*S*anguinaria fœmina fruticat uno caule, arundiniter teneræ simili, densis geniculis, & in se tubarum modo farctis, tuberibus articulorum eminulis, torulisq; angustibus. Foliis piceæ. Radicis nullus usus. Nasatur in riguis. Huic quoq; spiffandi, refrigerandiq; natura, ad eadem ualens, sed inefficacior.

De Polygonato. Cap.viiij.

*P*olygonatum nasatur in montibus, frutice asperito altiore, folijs lauri, latioribus, & lævioribus, sapore malo cuncte, aut punici, cum quadam adstrictione. Flores per singulos foliorum exortus promit, candidos, folijs numerosiores incepta à radice suppuratione. Radicem habet albam mollem, longam, crebro, gentilatam, densam, graueolentem, digitum crassiusudine & quâtem: quæ vulneribus efficaciter illimitur. Quinetiam maculas in facie delet.

De Clematide. Cap.viiij.

*C*lematis Græcis, alijs Pileterion, ab alijs Daphnoides, ab alijs Smyrnoides, aut polygonoides appellatur. Læto, pinguiq; solo prouenit, juncos spergens exiguos. Folia lauri figura, & colore, multo minora. Folia cum caulis in uino pota, alii profluvia, et dysenterias sedant. Subdita in pessimo lacte

um lacte, & rosaceo, aut cyprino, cruciatibus uulue medentur. Dolores dentium commanducata finit. Imposita serpentum mortibus iuuamētum præstat. Fertur etiam contra aspidum ictus ex acetō, potu opitulari. Gignitur solo inculio.

De altera Clematide.

Cap. ix.

**S**t & altera Clematis, quam aliqui Epigrin, & Egyptii Philacrion, Romani ambuxum vocant. Vitulosum emitit ramulum, rubescens, lento, folium gustu admodum acre, ac exulcerans, Repit per arbores ut Smilax. Semen tritum pituita, bilemque detrahit in aqua, aut hydromelite rotū. Folia eius illata, lepras purgant. Cum Lepidio conditur ad cibos.

De Polemonia.

Cap. x.

**O**lemoniam aliud Philætheriā, Cappadoces Chiliodynamin appellant. Ramis exilibus in uersus utringue digestis Folis paulo quam Rute maioribus, ac longioribus, calaminthe, aut sanguinarie proximis. Quibus in summis cori mibi dependent, nigro semine. Radice cubitali, albicante, radicalē simili. Nasatur in montosis, et asperis. Bibitur in uino radix contra serpentes, & dysenteriam. Et ex aqua aduersus urinę difficultatem, & coxendiam cruciatus. Datur ex acetō drachmæ pondere liensis. Eadem scorponis plagae alligatur. Tradunt eum, qui radicem gestauerit, à scorpione non feriri, eumque, si ictus sit, nihil molesti passurum. Dentium dolorem mansa mitigat.

De Alo.

Cap. xi.

**T**ymphyton petreon, id est alus nascitur in petris, ramis tenuibus, paruis, origano similibus, capitulis thymi, sunculosum totum, odoratum, gustu dulce, saliuā ciens. Longa radice, subruffa, digitali crassitudine. Decoctum in aqua multa, & potum pulmonis uitia purgat. Sanguinem reiuentibus, & renū in malis ex aqua datur. Ad dysenteriam, rubraq; fæminarum profluvia in uino decoctum. Ad conuulsa uero, & rupta ex

Q

## DE MEDICINALI MATERIA

acetum mulso bibitur. Quin & commanducatum suum sedat. Fan-  
cibus asperis subuentit. Vulnera recēta, enterocelās q̄; cōglutinat,  
et illā cohibet. Carnes aut̄ cum symphyto decoctae coalescent.

De altero Symphyto. Cap. xij.

Si et aliud symphyton, quod aliqui peccon, Romani Sol-  
e dagine uocant. Id cū idem emittit bicubitalē, aut ma-  
iorē, crassum, leuem, angulosum, inanem, quasi fungo-  
sum, circa uē breui interuacante spacio, folia exiū angusta, lin-  
guæ bulbæ proxima, oblonga, hispida, caule secundum angulos  
quosdam striato. Foliis tenuibus ex alaru finu prodeuntibus. In  
quibus flores lutei, rutaceis similes & uerbasa semina emicant.  
Tam caulis quam folia, aspera lanugine horrēt, tactuq; pruritum  
concitant. Radices demittuntur foris nigrae, inuis candidæ usq; co-  
sæ. Quarum est usus. Tritæ, & potæ cruentis excretionibus, ru-  
ptisq; proficiunt. Recentia vulnera illæ cōglutinant. Carnes  
quoq; si concoquantur, cogunt additæ. Inflammationibus præfer-  
tim sedis, cum senetiosis foliis, utiliter illinuntur.

De Holosteо. Cap. xij.

Olosteon quadrantal is hærbula est, humi repens, fclis, u-  
b uialisq; coronopo, aut graminis proximis, gustu adstrin-  
gentibus. Radice, alba, prætenue usq; in capillamenti spe-  
ciem, longitudine quattuor digitorū. Nascitur in collibus terrenis,  
Uſus eius ad rupta in uno potæ. Nam et carnes coguntur, deco-  
ctionibus addita. De Scœbe. Cap. xij.

Tœbe, q̄ alii Tobion, Romani Stipam uocant: vulgaris est  
notiue. Cuius semen, et folia stringunt. Quapropter de-  
coctione dysentericas infunditur. Auribus quoq; purulenta-  
tis instillatur. Illæ folia oculis ab ictu cruentis proficiunt. Erupen-  
tis sanguinis impetus, cohibent. De uolucro. Cap. xv.

Rœa clymenon uocant, alijs Calycinanthemon, alijs Pery-  
g clymenon, alijs Helyophyes, nonnulli Hepaticum, alijs Milas-

œm, alii anatolicon, alii Dyticon, ali marginem latini uolucrū, ali qui uolucrum maius, Ægyptiū oxioni. Clymenon, quod & ago non, id est sterile, nuncupant: caulem fert fabæ, quadrantiū, folia plantaginis foliatis supra caule in se se in flexis, iridi, & polypo rum cirris non ab similibus. Probatissimū est ē montibus. E fruti & toto cum radice succus exprimitur, qui ad sanguinis reiectiones, in potu efficax est. Cœliacos rubraq; fœminarum profutuia, refrigerando infreniat. Sanguinem naribus erumpentiē suprimit. Trita folia, aut filique recentibus vulneribus impositæ, ea ad catricē perduant.

De Periclymeno. Cap.xvi.

Erichymenon aliqui Æginam, alii Clymenon, alii Carepathon, alii splemon, alii Epetin, alii Axinam maiore, nonnulli Clematitum, alii Myranen, alii Calycanthe mon, Magi polion Veneris, Ægyptiū turcon, Romani uolucrum maius, Aphri Lanat appellant. Simplex fruticæ, ex interuallis parua folia habens, ipsum amplectentia, subcandida, hederacea. Inter folia suracli excent, in quibus baccæ, hederæ similes. Flos fabæ, candidus, aliqui n:um rotundus, & quasi in folium procumbens, semen durum, & quod difficile euellatur. Radice rotunda, crassa. Nasatur in aruis, ac sc̄ipibus, convoluens se amictus, propter assidentibus. Semen eius postquam ematuruit colletum, & in umbra siccatum, drachmæ pondere datur in uno quadragenis diebus, ut lenem absumat, ac molestiam discutiat. Sed urinam ciet, statim à sexto die cruentam. Orihopnæ, & singuliui prodest. Partum accelerat. Folia sunt eisdem uiribus prædicta. Quæ tricens septenis diebus epota, sterilitatem facere produntur. Perunctis ex oleo febrium rigores abigunt.

De tribulo.

Cap.xvii.

Ribulus aliquibus Bucephalus, aliis Tauroceros, Roma nis tribulus aquaticus dicitur. Tribuli genus unum terre stre, foliis ad effigiem portulacæ, tenuioribus uticulis, in

## DE MEDICINALI MATERIA.

terra stratis, spinis secundū folia rigidis, præduris. Iuxta amnes, & domicilia nascitur. Est et alterū genus aquis familiare, quod in fluminibus natum comam exerit, sculeos condens. Folis latis, & pediculo longo. Caule parte summa, q̄ imo crassiori. Capillæ vixit quædam indidem exorta spicantnr. Semen durum, ab altero non abhorrens. Vterq; refrigerantus, & inspissantis est natu ræ. Ideo inflammationes omneis cataplasmate adiuuat. Ulcera in ore erumpentia, putredines, gingivias, tonsillas q; personat. Suc aus ex his colligitur ad oculorum medianas. Semen dum recens bibitur, calculosis iuuamentum effert. Drachma terrestris tribuli pota, illita'ue, istos à uipera recreat. Cōtra uenena cū uino apiflisse bibitur. Decoctum eius sparsum pulices necat. Thracæ, qui ad Strymona ammem habitant, uirenti tribulo equos saginant, et è dulci semine, & esculento panem, quo uescuntur, faciunt.

De Sarxiphago. Cap. xvij.

S Arxiphagon aliqui Sarxiphragon, aliis Empatron, Ro mani saxifragam uocant. Frutex est surculosus, in petris, & asperis locis nascens. Coctus in uino mox potus, febricitantibus opitulatur, Stranguriæ prodest. Singulum sedat. Calulos uescicæ frangit, & irtuam dicit.

De Limonio. Cap. xix.

L Imonton aliquibus potamogiton appellatur, aliis Neuroides aliis Lonchitis, aliis Rapionion, Myrsis Mendru ta, Syris Meuda, aliis Lycosemphyllon, aliis Heleboro semata, aliis Scyllion, Magis lupi cor, Romanis uiatum nigrū, quibusdam tintinabulum terræ, Gallis iubarū, Dacis dacina. Folia habet betæ, tenuiora, & longiora, decem, sæpe plura, caulem tenue, rectum, ut in lilio & qualem, semiribus scutentem, quæ gu stata adstringunt. Semen tritum, & ex uino acetabuli mensura potum, dysentericis, cæliacis q; prodest. Rubra fœminarum pro fluvia fistulæ. Nascitur in pratis, & palustribus.

## De Lagopus. Cap.xx.

*Agopus herba, quam aliqui Leporis cuminū appellant;*  
*sistit aluum in uino pota, aut in febri ex aqua. Eadem*  
*inguini adligatur, in inflammatione. Nascitur in se-*  
*getibus.* De Medio. Cap.xxi.

*Edion aliqui medicum appellant, aliū Triphyllon, aliū*  
*Clemathion, nonnulli Osmon, quidam Trigonon, aliū*  
*Cybellion, aīi polyphyllon, Romanū trifolium odora-*  
*tum, Egyptiū Epaphon. Medicō in faxis, & opacis nascitur. Fo-*  
*lia habet Iridis, caulem tricubitalem, & in eo florem grandem,*  
*purpureum, rotundum, semine crīci miruto, radicēm dodrantā-*  
*lem, crassitudine baculi, gustu acerbo: quæ trita in farinam, et ex*  
*meile decocta, rubros menses fœminarum sistit, eclegmate per*  
*aliquot dies sumpto. Semen in uino potum menstrua pellit.*

## De Epimedio. Cap.xxii.

*Pimedum ab aliis Erimeos, ab aliis Tryas, à nonnullis*  
*Polyyrrhizon, à Romanis vindicta, nominatur. Caulis*  
*est nō magnus, hederæ foliis, dentis atq; duodenis, neq;*  
*florē, neq; fructū ferens. Radice, tenui nigra, gravi odore, gu-*  
*stu fatuo. Nascitur in humidis. Folia cum oleo trita, imposito ca-*  
*taplasmate, manmas increscere non sinunt. Radix conceptum*  
*admit. Folia quiris drachmis, post mēstruas purgationes quinq;*  
*diebus in uino pota, præstant mulieribus, ne concipient.*

## De Gladiola. Cap.xxiii.

*Yphion, aliqui Anactorion, aliū Phasganon, aliū Machæ*  
*ronton, aliū Arion uocant, Romanū gladiolum, quidam*  
*genitalem. Nomen inde accepit, q; folium, gladii præ-*  
*beat speciem. Iridi simile erat, nisi minus, & angustius uideretur,*  
*& gladii modo mucronatum, neruofumq; In caulem exit cubita-*  
*lem, in quo purpurei flores, in ordinem digesti, inter se distat. Ro-*  
*cundo semine, radiibus gemint, una bulborū modo super alte-*

## DE MEDICINALI MATERIA

ram insidente; quarum inferior gracilis est, superna uberior. Natura satur in aruis. Pars superior radicis cum thure illata, et mixta vino, spicula, et aculeos ex corpore extrahit Panos cum lechi farina, et hydromelite discutit. Quia de re huiusmodi emplastris usus solet. Menses improposita trahit. Superiori radice ex uino pota, uene rem stimulari et infraiore sumpta steriles cere tradunt. Superiorum quoque utiliter infantium enteroœlis, cum aqua poti i dari præcipiunt.

De sfragando. Cap. xxvij.

Parganion aliqui Xiphidion, alijs bolon vocant. Folia gladiolæ, sed arctiora, et in terram magis procampanientia. In summo caule pilulæ prominent, in quibus semen. Contra serpentis uenena, radix cum uino datur.

De sylvestri Iride. Cap. xxv.

Iris ab aliis Iris agria, ab aliis Cacos, à Romanis Gladiolus, aut Iris agrestis, à Dacis Caprus dicitur. Folia habet Iridis, latiora, et in turbinem mucronata, quorum medio caulis crumpit, crassus, cubitalis, ex quo si liquæ triangulares dependent. In quibus purpureus flos, in medio puniceus. Semen in folliculis, simile fabis, rotundum, rubrum, acre. Radix longa genitulata, ruffa. Contra corporis uulnera, fractaque efficax est. Aculeos, et spicula omnia citra, mœlestiæ exceptis: adiecta floris æris tertia parte, et radicis centaurii, ac mellis quinta Tumoribus, et collationibus illata cum aceto medetur. Radix ex passo bibitur, ad conuulsa, rupta, coxendicum dolores, strangurias, et alii profluvia. Semen tribus obolis potum, urinam uehementius impellit, et cum aceto liuenem absimit.

De Anchusa. Cap. xxvi.

Nchusam aliqui cantanchusam vocant, alii Libyam, alii Archibelon, alii Alabriadion, alii Onophylon, alii Porphyrida, alii Mydusam, alii Calyx, alii Noneam. Aphri Burnesath. Anchusa, que alio nomine calyx, aut Onoclea

appellatur: folia habet lactucæ acuti foliū similia, hirsuta, aspera, nigra, multa, quo; quo uerum humili sparsa, spinis horrida. Radix et crassitudo digitalis. Quæ æstiat prouenit, manus inficit sanguineo colore. Læto solo nascitur. Radix, adstringit. Ad ambusta, et uetera ulcera, ex oleo, et cera efficitur est. Igni sacro cum polenta medetur. Lepris, et utiligibus illinitur ex aeto. Partus extrahit, uulue indita. Eius decoctum renum uitiis, lient, et bile suffusis datur, et si febris sit, ex aqua mulsa. Sistunt alium folia in uino pota. Radice pigmentarii utuntur ad spissamenta.

De alia Anchusa. Cap.xxvii.

St et alia, quam aliqui Alabiodion, aut Onochiles appellarent. Hæc à priore distat, quod minora habeant folia, sed simili modo aspera, ramulos exiles, florem purpureum, radices rubras, oblongas: quæ messibus sanguineum succum fundunt. In fabulosis nascitur. Vis ei foliisq; mest, quæ contra virus cum reliquorum serpentium, tum maxime uiperarum, auxilietur siue abo, siue potu, siue alligatu. Nam si quisquam mandens in serpentis os inspuat, eum necabit.

De Alia Anchusa. Cap.xxviii.

St et alia huic haud dissimilis, semine puniceo, minor et rure cuius semen manducatum, si in serpentis fauces inspuatur, eam interficiet, radix acetabuli mensura cum hyssopo, et cardamomo pota latas uentris tinea exautit.

De Lycopsi. Cap.xxix.

Ycopsis, quæ à nonnullis Anchusa uocatur, longioribus, quam lactucæ, constat foliis, asperioribus, latioribusq; , crassis, ad radicis caput reidentibus. Caule longo, recto, scabro, hirsutis adnatis, multis asperibus, flore paruo purpureo. Radice rubra, et adstringente. Nascitur in com pestribus. Cù oleo radix illata vulneribus medetur, et cù farina hordeacea ignibus sacris. Sudores peruncta mouet, adiecto oleo

# DE MEDICINALI MATERIA

De Echio.

Cap. xxx.

Chion aliqui aridam, aliū alabiadion, Romani alabia-  
e cum nominant. Folia habet praelongat, hirsuta, subal-  
bida, anchusae proxima, minora tamen, subrubra, et  
pinguis, spinulis tenuibus horridula. Cauliculus exiles, nume-  
rosos, minutaq; utroq; latere folia, in uersus digesta, nigra, in  
summo caule minuscula Flores secundum folia purpureos, in qui-  
bus semina capi i uiperarum similia infint. Radix nigrat, dis-  
guo tenuiores; quae non per aq; modo a serpentiis ex uino pro-  
dest, sed eos, qui antea biberunt, frirri non patitur. Folia, et semen,  
idem praestant munus. Lumborum dolores sedat. In uino, aut for-  
titione sumpta lacræ extrahit.

De Oamastro.

Cap. xxxi.

Cymoides aliqui et hanc Echion uocant, aliū Scorpione-  
ron, aliū Sparganon, aliū Altheā, aliū Amarantibida, aliū  
Probathēam, aliū Elaphron, aliū Antimimon, aliū Por-  
phyriada, aliū augion, aliū Nemesion, aliū Philetærion, aliū Hyæ-  
nopson, aliū Thyrfitum, aliū Themutin, aliū Misopatbos, Latinus  
Oamastron. Folia fert oami, et ramos dodrantales, hirsutos, si-  
liquas byoscyamo similes semine, ut guth, nigro prægnantes.  
Vim habet semen in uino potum, qua uiperarum, cæterarumq;  
serpentium morsibus medeatur. Datur ischiadicis cum melle ui-  
no, myrrha, et pipere. Radice nititur tenui, et superuacua.

De Ermo.

Cap. xxxii.

Rinó aliqui Hydreron, aliqui Ocumoides uocat Nasai-  
tur apud fontes, et fluuios, fclis Ocum, sed minoribus,  
parce superna diuisis, quinis, senis ue, dodrantibus fur-  
alis flore candido, semine nigro, et acerbo Folia, et caules la-  
eteo succo turgent. Semen drachmis, duabus in quatuor mellis  
cyathis, obliuum oculorum fluctiones cohivet. Succus cum ful-  
ghure, et miro inflatus, aurium dolores sedat.

## De Gramine.

Cap. xxxiii.

*Grostin aliqui Egiron, alii amaxityn, Egyptii anuphi uocant, Latinus gramen, aliqui asyphylon, alii Sanguinem, alii uniolam, Hispani apariam, Daci cotiatā, Aphri tebal, Gramen geniculatis serpit ramulis, à quibus crebro radices spargit dulces, articulis præcinctas. Folia dura, & ut arundinis paruæ lata, in exilitatem fastigiantur. Eaq; iumenta, & boues pascunt. Trita radix illitu vulnera conglutinat. Decoctum eius in potu, terminhus medetur, & urinæ difficultatibus. Calculosa etiam uescæ excrementsa comminuit.*

## De Arundinaceo gramine. Cap. xxxvij.

*Si & arundinaceum gramen, priore multo maius, quod iumenta necare traditur, præsertim in Babylone: Idq; iuxta uias nascitur.*

## De Gramine Parnasi. Cap. xxxv.

*Vobis in Parnaso monte gignitur, densius fructuosa, fclis hederacis, flore odorato, candido, semine paruo, nō imtili. Radicibus quinque, aut sex, digitali crassitudine, candidis, mollibus, et mirum in modum dulibus. Surcus si in uino cum melle pari, & myrræ dimidio decoquatur, adiiciantur q; piperas, & thuris tertie portiones: probatissimum erit oculorum medicamentum. Id in ærea pyxide reconditur. Decoctu radicas, idem, quod herba, præstat. Semē uehementius urinam impellit. Alium, uomitionesq; fistit. Natum in Sicilia grame, quod incolæ Cinnæ appellant, boues inflamat, si co uirenti sœpe pascuntur.*

## De Siderite. Cap. xxvi.

*Iderit in aliqui Heracleam uocant, Magi genitaram, aut sanguinem Titant, alii Scorpionis urinam, Pythagoras Parmiron, Andreas Xanthopanea, Osthanes bœphthalmon, Egyptiū sendioner, Romani uertemnum, alii Soleastrum, Aphri udedomin. Folia habet Marrubii, sed longiore, satis ad frontem*

## DE MEDICINALI MATERIA

dem quercus, aut salviæ accedentia, minora tamē, et hirsuta. Can  
les ædit quadratos palmū sœpe excedentes, non iniucundi guslū,  
aliquan umq; substringentes. In quibus per interstitia, orbiculatae  
vertebræ, ut in Marrubio, spectantur: & semen in eis mgrū. Na  
scatur in petrosis. illa folia, suæte ui, uulnera sine inflamatio  
nis pericolo iungunt. De alia Siderite. Cap. xxxvii.

Lia Sideritis binum cibitorū, ramulis exilibus, felio. Eili  
a cis, in ambitu utraq; parte diuiso, pediculo longo, prodeū  
tibus è summo alorū sinu surculis, longis, tenuibus, capitu  
lo in cazu nim orbiculato, aspero, in quo semen continetur, quam  
Bretæ, rotundum aliquanto, ac durum. Huius uis, feburumq; ad uul  
nera præcipua. De alia Siderite. Cap xxxviii.

Sideritum aliā esse tradunt, quam Cratuuas Heraclean uo  
cat, in maceris, et uincis uascentem, folis corianis, à radice  
numerofis, dodrantalibus caulinis, levibus, teneris, in  
rubore candidantibus. Flore purpureo, paruo, gustanii amaro, &  
uifado. Huius ea uis est, ut quamvis recenti uulneri imposta san  
guinem suppriuat. De Achilea. Cap. xxix.

Achileam aliqui Myriomorphon nominant, alii Chyliow  
phyllon, alii Stratoticon, alii Heracleon, Latini superca  
lum Veneris, alii Acron sylvaticum, alii Militarem, alii  
Millefolium Aphri asterchilos, et aliqui Achileam sideritum. De  
drantales, aut maiores gerit sapos, fusorum effigie, quasi, minu  
culis foliis circundatos, crebris in latere, foliorum sectu rubue  
cor. Indri simi itudine, subfulvo colore, odore multo, non insuaui,  
medicato, & uifado. Umbilla in cunctione rotunda, floribus can  
didis, purpureis, & auruum æmulantibus. Prouerit læto sclo.  
Trita coma sanguinole sa glutinat, & ab inflammationum peri  
culo tuerit. Erumpentem janguinem inhibet, & cruenta uulnæ  
profluita in uellere. Decæclo quoq; insidet fœmina flutione  
uulnæ laborantes. Ad dysenteriam bibetur.

De Rubo.

Cap. xl.

**b** Atos à Græcis, ab aliis Cynosbatos, ab aliis, Selinorition, ab aliis Syntrophos, à Magis Titani sanguis, ab aliis ibidis sanguis, à Romanis, Rubus: ab aliis Sestes, à quibus dam mora baticida, à Dacis manchia, Aegyptiis hæmoos, alijs Ametros appellatur. Rubus notitiae uulgaris. Vim habet siccandi, & adstringendi. Capillum tingit. Ramorum decotum, potu aluum fistit, & fœminarum profluvia. Præsteris morsui accommodatissimum. Gingivæ firmat. Oris uitiis folia commanuicata medentur. Cohibent ulcera, quæ serpunt. Ulceribus in capite manantibus, oculisq; præsidentibus, remedio sunt. Condylomatis, & hæmorrhidibus folia illinuntur. Cardiacis, et stomachi doloribus, trita conuerenter imponuntur. Caules cum foliis, tunduntur, exprimitur q; sucus, mox sole cogitur singulari remedio, cōtra omnia, quæ modo dicta sunt. Mori in rubo nascensis, quam optimè maturi sucus, ad oris medicamenta conuenit. Sistitur alius præmaturi abo, nec non flore in uino poto.

De Idæo Rubo.

Cap. xli.

**i** Dæus Rubus appellatus est, quoniam passim in Ida prouerat. Est autem longe tenerior priore, ac minoribus spinis horrens. Quanquam & sine spinis inueniatur. Eadem præflat, quæ supradiellus. Cæterum flos cum melle oculorum collectionibus commodissime illirritur. Ignem sacrum extinguuit. Stomachicisq; ex aqua bibendus datur.

De Helxine id est murali hærba. Cap. xlii.

**b** Elxinen aliqui Elitum vocant, alijs Canoceræam, alijs Amelxinem, alijs Eufinen, nonnulli, Amarginen, alijs Sucotachos, alijs Psychuacos, alijs Psychouacos, alijs Melampelon, alijs Cittampelon, alijs Cissamethon, alijs Anatetamenone. Romani uolutum lapparon, Aegyptii apap, alijs Parthenon, alijs Sideritin, alijs Heracleam, nonnulli agriam; quidam Clibe-

## DE MEDICINALI MATERIA

dion, alijs Polyonymon. Nasatur in sēpibus, uinetis, macerii, & segetibus. Folia ei mercurialis ad sunt, hirsuta, caulinuli lenti rubentes, & circa eos ueluti semina aspera, adhaerentia ueſtibus. Folia refrigerandi, ſpiffandiq; naturam habent. Qua ex cauſa ſauant illius ignes ſacros, aduſta, condylomata, incipientes panos, tumores, inflationesq;. Succus eius cum cœruffa, ignibus ſacris, & ulcēribus, quæ ſerpunt, aptiſſie illimitur. Imponeaturq; podagrī, cum hirano ſeuo, aut cœrato cyprino. Veterem eufiſim adiuuat, cyatho hauiſto. Tonsillis inflammatione turgeñib; utiliſſime & gargariſatur, & illimitur. Succus in aurium dolore infuſus, iuuamen præſtat.

### De Elatine.

Cap. xliv.

Latine folia habet Helxine, minora, rotundiora, pilosa ſemipedalibus ramulis, quinis, ſentis ue, à radice filoſi, gusto adstringenibus. Nasatur in ſegetibus, & cultis. Oculorum fluctuibus, & inflammationibus auxiliatur, foliis cum polenta tritis, & impositis. Eadem cocta ſorbitionis uſu dyfenteriam ſiflit.

### De eupatoria.

Cap. xliij.

Vpatoriam, ſive (ut alijs placet) hepatorium, aut hepatitis, fruticofa hærba eſt, unum efferens caulem, lignofum, rugicantem, rectum, tenuem, hirsutum, cibitalem interdum ampliorem. Folis per interualla quinqueſſili, aut Cannabis ſimilibus, quinquepartito, aut amplius diuifis, nigritibus, per ambulum ferratis. Semen medio caule erumpit, filosum, deorsum ſpectans, quod ſiccatum uelibus inhæret. Contrita huius folia, & cum ſiallo adipe imposta, ulcēribus, quæ ægre acutricem trahunt, medentur. Hærba, aut ſemen in uino potum, dyfenteria, iocineris uitioſis, & ſerpentium iecribus, liberat. Nec defunt, qui aberrantes, artemiſiam hanc appellant, cum tamen longe alia ſit, uti expoſuitus.

De quinquefolio.

Cap.xlv.

*p* Entaphylon aliqui Pentapetes, aliis Pentatomon, alijs Pentadactylon, alijs Pseudoselinum, alijs Callipetalon, alijs Xylosloton, nonnulli Xylopetalon, alijs Asphalon, alijs Pentacœnon, alijs Thymiaulin, Egyptii Orphitebeocen, alijs Enotron, Magi Ibidis unguē, alijs Ibidis pennam, alijs Hermecætylon, Romanis quinquefolium, Galli pempedulam, Daci prope dulam appellant. Ramulos fert surculaceos, cornues, palni magnitudine, in quibus semen, folia mentæ, quina singulis pediculis, raro plura, in ambitu serrata, florem ex lateo pauciscentem, interdum auri æmulum. Nasatur in riguis, & aquariis duilibus. Subrubram habet radicem, oblongam, veratro nigro crassiorem. Plurimis pollet remediis. Ius radicas decit etæ ad tertias, in ore continetur dentium dolores sedat. Putrida oris ulcera, collutio ne: fistit. Arteriae fabricias, gargaratu levigat. Contra aui profluvia, & dysenterias auxiliatur. Item articulorum, coxendi cumq; cruciatibus potam. Cocta in aceto, & illita, serpentia ulcea cohabet. Strumas, tumores, duritas, abscessus, & distentiones disfatit. Ignes sacros, reduuias, condylomata, psoriasq; sanat. Teneræ radicis succus, contra iocaneris, pulmonumq; uaria prodest. Item aduersum uenena. Cum hydromelite autem, uel diluto uino, & piperis exiguo, bibitur folia, contra februm circuitus. In quartana quidem quaternū ramulorum in tertiana uero ternū, in quotidiana unius. Tricena quoq; folia træmis pota diebus, coniunctis profundit. Foliorum succus, tribus cyathis aliquot dies potus, celerrime regio morbo medetur. Illata cum melle, & sale, tam vulneribus, q; filulis remedio sunt. Enterocelicas auxilium præstant. Quinquefoliū sanguinis profluvia & potu, & illiuu fistit. Ad expiationes astimontas, & sanguinis eruptiones uadit.

De Phœnæe.

Cap.xlvi.

*p* Hœnæen aliqui rhon, alijs Anchinopa, alijs Phœnicopte.

## DE MEDICINALI MATERIA.

ron, ali Rhonstachyos, ali Oſithalen, Agyptii athenon n̄ minantur. Folia habet hordei, sed breuior i, & angustiora: ſpicam lolio ſimilem ramos digitorum ſenum, radici aduolutos, ſeptenias, octo-  
nas'ue ſpicas. In aruis, teclisq, recenter illitus naſcatur, harum uirū  
compos, ut in uino auſteio pota, alii profluuiū, & emanantē uul-  
ua ſanguinem fiftat. Urinæ impetus infrenet. Sunt, qui ad alli-  
gatam in purice uellere, & ſuſpensam, ſanguinem li pprimere  
prodant. De Idaea radice. Cap.xlvii.

Dæa radici folia ſunt ea, quæ Rysco. Adherent his ue-  
luti exigui pamponi, in quibus floi, Radix ſpiffandi, co-  
hibendiq; naturam habet, his conueniens, quibus adſtri-  
ctione opus eſt. Pota atam alium, mensesq; et omnem abundan-  
tiam ſanguinis fiftit. De Rhodia radice. Cap.xlviii.

Ignitur rhodia radix in Macēdoma, coſto ſimilis, leuior,  
inequabilis. Quæ contrita roſas redolat. Utileſima ca-  
pitis doloribus, ſi madeſta fronti, & temporibus cum  
nardo imponantur. De Equiseto. Cap.xlix.

Qaſecum Græca hippurin, ali Trimachion, ali Anaba-  
ſin, ali Ch'redranon, ali Phedran, ali Itiandēdon, ali  
gis, ali Scœmoſtrophon uocant. Agyptiu pherphram:  
Migi ſaturni cibum, Romani equinalem, ali equi ſelice, aut Ana-  
baſin, ali Ephydron. In riguis. & ſcrobibus naſcatur. Cauliculi  
prodeunt inaneſ, geniculati, in ſe forſti, rubefcentes ſabri, et iun-  
cea arca eos folia, crebra, exilia. In ſublime equifetum attollitur, ui-  
anos arborum caudices ſtandens, ubi uolutumq; dependet, comis  
multis, mbris, ut equorum cauda. Radix lignosa, dura. Vis eius  
ſpiffare. Quare ſanguinem naribus erumpentem ſi cauſa iſſe fi-  
ſtit. Prodeſt diſenterias in uino potus. Urinam ac, ſanguineu-  
ta u'nera glutinantur, tritis foliis, & illitis. Tuſſim, orthopneā,  
ruptaq; adiuuat. Folius in aqua potis, diſectiones uſicæ, & in te-  
ſili orum, entirocē q; in unum coalescere, cogiq; feruntur.

De altera Equiseto.

Cap.l.

Lterum Equisetum, quod aliqui Equition, alii Chedran,  
 ali Gynon appellant. Caulis est rectus, cubitalis, aut  
 maior, inanis. Comis per interualla brevioribus, candi-  
 dioribus, et- mollioribus. Id cum acetum tritum vulneribus remedio  
 est, eandemq; fungitur facultate.

De Cocco seu uacca.

Cap.li.

Ocaum, quo infectores utuntur, frutex est surculosus,  
 parvus, cui grana ceu lentes adhaerent, quæ electa con-  
 geruntur. Optimum gignitur in Galatia, & Armenia.  
 Deinde Asia, & Silica, Ultimum ex omnibus Hispaniam. Vis  
 huic spissandi. Vulneribus, neruisq; præcis, conuenienter ex ac-  
 eto illimitur. Nasatur quoq; in Silicæ quercubus, cochlearum  
 exilium similitudine, quod illius regionis mulieres ore legunt, &  
 Coccam uocant.

De Tragio.

Cap.lii.

Ragium nasatur in Cretantum insula, lentisco si-  
 mile, & semine, folio, & ramis. Singulis tamen mi-  
 noribus. Succus ei lacteus, gummi non dissimilis. Se-  
 men, folia, lachrymaq; illitu spicula è corpore eviaunt. Omnia  
 quoq; corpori impacta, euocant. Pota stranguriæ medentur.  
 Calculos uesicæ frangunt. Mense trahunt. Modus in sumptione  
 est, drachma una. Fama est sylvestres capri sagittis confessas,  
 eius herbae pabulo spicula excutire.

De alio Tragio.

Cap.liii.

St & aliud tragum, quod tragoceros aliqui uocant, alii  
 Scorpion, ali Garganon, Romanum cornulatum, Da-  
 ci Saliam, Egypti sober, Aphri Achaosim. Folia scò-  
 lopendrii habet, & radicem sylvestris raphani, tenuem candi-  
 dam: quam crudam, uel coctam esse dyentericis prodest. Folia  
 autumno, hirci virus olenit. Exinde sibi tragii nomen adoptauit,

# DE MEDICINALI MATERIA

Prouent in montibus, & præcipitis.

## De Trago.

Cap.liii.

Si etiam hærba Tragos, quam aliqui scorpion, aut Tragonon uocant, maxime in maritimis nascens, palmum alta, aut amplior, fruicosa humili, oblonga, sine folijs, pusillis circa ramos acinus ruffis, multis, magnitudine tritici, acuto caeruleo, gustu multum adstringente. Racemorum grana decem ex uino pota, coeliacis, & feminis fluctione uulue laborantibus, auxiliantur. Tunduntur à plerisq; & in pastillos, digeruntur, quibus utuntur.

## De Iunco.

Cap.lv.

Xyschœnos aliquibus Schoenos lœnis, alijs Oxypteron, alius Solis superalium, Romanus Iuncus marinus, aut manualis dicitur. Duo eius genera. Vnum lœnis memiliki, alterum acutum, qui in mucronem fastigiatum. Cuius etiam duo assignantur genera. Vnum sterile: Reliquum fert semen nigrum, rotundum, & crassiore constat calamo, carnosioreq;. Tertium est iuncus, qui uocatur Oloschœnos, prioribus carnosior, asperiorq;, qui similem fructum in caeruleo parit. Semen utriusq; tostum, ex diluto potum, fistit aluum, & rubra fœminarum profluvia. Urinam cit: capit isq; dolores facit. Quæ proxima sunt radici folia, tenera conuerterent illinuntur, aduersus phalangiorum morsus. Æthiopici iunci semine, somnus allicitur: sed modus in potionē seruandus est, ne sopor fiat.

## De Lichenæ.

Cap.lvi.

Ichen, qui saxis est familiaris, aliquibus Bryon appellatur. Asperginosis petris adhæret, ut muscas. Qui uis illius sanguinis profunda fistilit: inflammations arcit: Impetigini medetur. Iuuat regio morbo correptos, cum melle illitus: Oris, & linguae defluxiones inhibet.

De

De Paronychia. Cap.lvii.

**p** Aronychia aliis Adocetos, aliis Neuras, aliis Phryni=  
on, Romanis bouinalis, exiguus frutex in petris nascens;  
pepllo similis, minor longitudine, maioribus folijs. Illa  
paronychiis, atq; duricis remedio est.

De Chrysocomæ. Cap.lviii.

**c** Hrysocomæ, aliis Chrysitis, aliis Chrysanthemon, non  
nullis amaranthon, aliis Diospogon, Aphris dubath, uel  
buchumath. Romanis Iouis barba appellatur. Palmæ  
altitudine fruticat. Comæ specie corymborum, hyssopo simul. Ra-  
dice hirsuta ueratri nigri modo, tenui, cyperum & quante, guſſu  
non iniuando, ex austero dulc. In petrosis, opacis q; nascitur. Ra-  
dix excalfacit, & adstringit his conueniens, quos recur, aut pul-  
monis inflammatio male habet. Contra purgationes uulnæ, deco-  
cta cum hydromelite assūmitur.

De Chrysogono. Cap.lix.

**c** Hrysogonon, aliqui Chrysospermon uocant, aliis Da-  
spin, aliis Origanum, aliis Arcophthalmon, Romanis Ari-  
lariam, dense fruticat, quercus folius, flore coronarii  
Verbasci. Radix ut rapum extuberat, intus ruberrima, foris ñ  
gra, quæ trita cum acetō, atq; imposita muri aranei morfibus  
auxiliatur.

De Elichryso. Cap.lx.

**e** Lichryson quidam Chrysanthemon, nonnulli & id a-  
maranton uocant, quo Lymphas coronant. Ramulum  
habet candidum, uirentem, rectum, firmum. Folia in-  
tercedentibus spaciis angusta. Abrotono similia, comam aureæ  
luas, in orbem, umbella rotunda, ueluti siccis corymbis de-  
pendentibus, radice tenui. Nascitur in asperis, & torrentum  
alueis. Contra serpentium ieiustus, coxendicum dolores urinæ,  
stillicidia, ruptaq; coma è uino pota opitulatur. Ciet menses.

R

# DE MEDICINALI MATERIA

Sanguinem concretum ueotris, ac ueficæ absunt, pota cum mulso folia. Ieunis, trium obolorum pondere, si sit distillationes, data in uino albo diluto. Vestibus infertur, ut eas ab eroderium iniuriis tueatur.

## De Chrysanthemo.

Cap.lxi.

Hrysanthemon aut chalcas, aliqui chalchitum vocant,  
aliij chalanthon, alii chalanthemon, alii Buphthalmon,  
Romani acanthan, Hetrusa garuleum, Aphri chrysanthemum.  
Hærba est tenera, fruticosa lœues proferens caules, & multo  
cristata folia, flores supra modum splendentes, luteos, orbem oculi  
imitantes, unde nomen traxit, Propter oppida nascitur: cuius  
caules oleris uice manduntur. Flores cum cærato triti, stearomata  
disastere produntur. Regio morbo correptis, colorem breui redi-  
dit, si sequente longo balnei usu, post exitum ebibatur.

## De Agerato.

Cap.lxii.

Geraton fruticosa hærba est, palmari longitudine assur-  
dens, simplex, humilis, Origano non dissimilis. Vimbella-  
m gerit, in qua flos bullis aureis emicat, elichryso  
minor. Nomen ei inditum est, quoniam diutissime flos, in sua  
coloris spece, conseruetur. Vis decocti feruens. Huius ustæ nitidor  
uram at, & uulæ duricias emollit.

## De Verbenacæ.

Cap.lxiii.

Erbenacam rectam, Græci peristereona vocant, aliij  
Trigonion, alii buntion, alii Hierobotanan, alii Philo-  
trodoten, Ægyptii pempsempe, Magi Iunonis lachry-  
mam, nonnulli mustelæ sanguinem, aliij Sanguinem Mercurii.  
Romani Cristam gallinacæam, aliij Pheriam, aliij trixalidem, aliij  
exuperam, aliij uerbam sanguinalem. Nascitur in aquosis.  
Nonen ex eo duxisse uidetur, quod columbae arat hanc, per-  
quam libenter uersari soleant. Palmi altitudine, & interdum  
ampius adolescat. folia è caule procent incisa, et subalbida. Ea

singulare ramo, radiceq; sola, constare saepius inuenitur. Folia cum siallo adipe recenti, aut rosaceo imposita, uuluarum dolores fintre putantur. Ignem sacrum illita ex aëto reprimunt. Putreda ulcera cohibent. Vulnera glutinant, ueteraq; ex melle ad aetricem perducant.

## De Supina uerbenac. Cap.lxiiij.

Vpinam uerbenacm aliqui sacram hærbam appellant,  
alii Erigenton, alii Chamælycon, alii Sideritin, quidam  
Curitin, ali Perséphonion, alijs Louis colum, alijs Di-  
chromon, alijs Callesin, alijs Hipparrison, nonnulli demetriada,  
Ægyptii pemptheuphtham, Pythagoras Eryfisceptron, Roma-  
ni cinanallem. Ramulos emittit cubitales, aut maiusculos, angu-  
losos, in quibus ex intersallis folia querens, sed minora, angu-  
stiora q; eisdem diuisuris in ambitu, colore aliquatenus cæsio. Ra-  
dix longa, tenuis. Flores purpurei graciles. Folia cum radice in  
uino pota, illita ue, aduersus serpentes pollut. Eadem drachmæ  
pondere cum thuris obolis tribus, in uini ueteris hemina, quadra-  
genis diebus iejuno ore, contra regium morbum bibuntur. Vete-  
res tumores, & inflamationes mitigant. Sordida ulcera purgant.  
Tota in uino decocta tonsillarum crustas abrumpit. Oris no-  
mas gargariatu cohibet. A iunt, si aqua spargatur triclinium,  
qua maduerit, lœtiores conuictus fieri. Datur potandum in tertia  
uis febribus, tertium à terra gentium, cum fcluis circudantibus,  
quartanis quartum. Sacram uocant herbam, quoniam multum ad  
amuleta, expiationesq; commendetur.

## De Astragalo. Cap.lxv.

Stragulum aliqui Chamaesycen, alii Gatalen, alii Onycha  
uocant, Romani Pinum triuiam, aut ficum terræ, aliqui  
glandulam, alijs Thiem, alii Nonariam. Astragalus par-  
vus in terra frutex, foliis, et ramis lupino similis, flore purpureo,  
parvo, radice rotunda, raphano modo grandi, quæ adnatas appen-

## DE MEDICINALI MATERIA.

dices, firmas habet, nigras, prædus as, ueluti cornua inter se im= plicatas, gustu adstringentes. Nascatur in uentofis, opacis, et mua libus. Eo Memphis Arcadiæ satet. Aluum sicut radix in uino pota. Urinam mouet. Vetus uulceribus, siccata efficaciter in spar= gitur. Sanguinem suppressit. Erga propter duritiam tunditur.

### De Hyacyntho.

### Cap.lxvi.

Yacynthum aliqui Heloniam, alii porphyranthes. Ro= h mani uaccinum, alii ulcinum uocant. Folia habet bul= bi, dodrantalem caulem, minimo digito tenuorem, her= baceum, comam procumbentem, florum purpureorum plenam, incuruam, radicem bulbaceam: quæ, ut creditur, pueris cum ui= no albo illita puberitatem coerat, & non patitur erumpere. Si= sit aluum Pota urinam impellit. Phalangiorum moribus auxi= liatur. Semen adstringentius est, theriacis expetitum. Regium morbum emendat, cum uino potum.

### De papauere erraico.

### Cap.lxvii.

Apauer erraticum, quod Roheam uocant, nonnulli Oxy p tonon, Romani papaueralem: Ægyptii nantiuere qui= dem in aruis cum hordeo nascatur, flore protinus deca= duo, unde & nomen apud græcos accepit. Folia erucæ, aut ori= gano, aut cichorio, aut thymo similia spectantur, sed longiora, di= uisa, scabra. Lanceus ei caulis, rectus, cubitalis, asper, flos sylue= stris fremiti, puniceus, interdum albus, oblongum caput, sed q̄ fre= miti minus, semen ruffum, radix longa subalbida, muncris digitæ crassitudine, gustu amara. Huius capita quinque, aut sex, in uim eyathis tribus ad dimidias decocta, potui dabis, quibus somnus acerpendus est. Semina acetabuli mensura ex aqua mulsa pota aluum leniter emollirent. Ad idem præstandum mellis rebus, & dulciarijs amnisetur. Folia cum calyculis illata, inflamma= tiones sanant. Eorundem fotu & perfusione, somnus allicitur.

De Papauere sativuo. Cap.lxviii.

Apauer sativum aliqui chamaesycen, alii oxytonon  
appellant, Romani papauer, Ægyptii nanti. E sa-  
tivi genere, quoddam hortensium est, cuius semen  
in panem densatur, qui samis in usu sit. Eo etiam ex melle pro-  
sesama utuntur. Thylacium vocant. Capitulum habet longum,  
et semen candidum. Sylvestre uero, caput insidens, demissumque;  
et nigrum semen. Quod pithitis nominatur. Nonnullis tamen  
et ipsum rhoeas dicitur, quoniam eius capo lacteus siccus ema-  
nat. Tertium magis sylvestre, et ad medicinas ualentius, multo  
bis longius, productiore capitulo. Omnium in commune natura  
refrigeratrix. Quare si capita ipsa, et folia decoquantur in a-  
qua, somnum sonu conahabunt. Bibitur decoctum contra uig-  
lias. Calices cum polenta triti, et cataplasmati amniostri, igne-  
bus sacris, et inflammationibus profundunt. Tunduntur quoque uiri  
des, et digeruntur in pastillos, qui siccati ad usum recondun-  
tur. Capita quoque in aqua coquuntur ad dimidiolas iterumque; ad-  
iecto melle, dum humor coëat in eclegmatis lentorem. Id medi-  
camentum in tussi, arteriæ fluctuationibus, et cœliacorum affec-  
tu, doloris leuamentum præbet. Efficacius tamen redditur, ad-  
dicto hypocratis sacco, et acacia. Papaueris nigri semen tritum  
cum uino bibitur, contra citam aluum, et foeminarum profundiua.  
In paruigiliis fronti, temporibusque illinitur, ex aqua. Opium eius,  
magis refrigerat, inspissat, siccaturque. Sumptum erui magnitudi-  
ne, dolorem finit, concoquit, et somnum allicit. Tussi, atque cœ-  
liacorum ualeitudini auxiliatur. Verum si copiosius hauriatur, no-  
net, cum lethargicos efficiens interimat. Ad dolores capitis, cum  
rosaceo perfusum efficax est. Aurium dolori, cum amygdalino,  
myrra, et croco instillatur. Inflammationibus oculorum cum  
correfacto ovi luteo proficit. Igni sacro, et vulneribus cum ace-  
to, podagrī cum latte mulieris, et croco. Somnum accerfit sub-

## DE MEDICINALI MATERIA

ditum sedi pro balano. Optimum habebetur gravis, & densissima, gressu amarum, odoratu soporiferum, quod facile aqua diluitur, laeve, candidum, neque asperum, neque grossissimum, quod inter colandum non ut cera coeat, & in sole diffundatur. Dein ad motum lucernis non atra luceat flamma, extincitum denique, odoris uim conseruet. Sed opion glaucio, gummi, aut sylvestris laetucæ succo, adulterant. Verum glaucio fucatum in dilutione croci colorem reddit, lactucaceo si cito factum, exiliter spirat, & asperius spectatur. Gummi uitiatum, splendescit, & infirmum est. Nec desunt, qui eo dementie deuenerint, ut adipem ei admiscerent. Fictili novo torretur ad oculorum medicamenta, dum mollius, atque ruffius appareat. Diagoras, ut Erafistraztus author est, usum eius dannauit, oculorum lippitudinibus, & aurium uitiiis infundi uetans, quoniam uisus aciem hebetaret, & soporem gigneret. Addidit Andreas, illatos eo protinus excœcari, si non adulteraretur. Mnesidemus usum duntaxat olfactandi probauit, quoniam ad conaliandum somnum conueniret, alioqui ncbis ut noxio interdicte. Quæ commentitia esse, experimento deprehenduntur. Siquidem effectus, uirium huiuscæ mendicamenti, fidem faciunt. Quare non alienum fuerit scriptis mandare, quoniam modo is excipiatur si cecus. Aliqui capit ipsa, & folia tundunt, & prælo exprimunt, terentes que immortario, digerunt in pastillos. Id meconion uocatur mulcum opio ignauium. Porro opii faciundi ratio hæc est. Cum ros in eo exaruerit, cultro circumdante asterisco, ne penitus adiugetur, ex obliquo in rectum summam autem incidere oportet, lachrymam exuentem, dígito in concham abstergere. Nec multo post redire, ut concreta inueniatur. Etenim quæ cum, aut postero die etiam offenditur, in ueteri pilati teri debet, & in pastillos cogi. Cum tamen inciditur retrocedendum est, ne uestibus succideradatur.

## De corniculato papauere. Cap.lxix.

Apauer eeratidem, id est corniculatum, aliqui paralion; p aln sylvestre papauer, alii Thalassion, Romanu fabulum marinū, Aphri Sifimacam uocant. Folia habet candida, hirsuta uerbasco similia, in ambitu sylvestrium papauertum more serrata, caule non dissimili, flore luteo caliculo fœnogræci, in cor nicalorum modum inflexor. Vnde nomen mutuatur. Semine papaueris, pusillo, nigroq; radice per summa cespitum, nigra, crassa. Nascitur in maritimis, & asperis. Radia ea uis inest, ut in aqua decocta ad diuidias, coxendicum, & iocineris afflictus, potu san net. Prodest his, qui crassa quædam aspera, aut araneosa cum lo tio reddunt. Aluum leniter purget semen, ac tabulo in aqua mul sa poto. Crustas emarginant, illita oleo folia, floresq;. Argema, ac nubeculas iumentorum peruntas, abstergent. Sunt, qui glau cum, hoc papaueris genere factitari existimarent, falsi quadam foliorum cognatione. Qui hoc papauer hauserit, nō alia accidene, quam qui opium ebiberit. Cui eisdem succurritur auxiliis. Semen estate, dum siccum est, colligitur. Decoctum radias bibitur cum uino, sanarq; dyfenteriam.

## De spumeo Papauere. Cap.lxx.

Lterum papaueris genus, aphrodes, id est spumeum uox catur, ab aliis Heracleum, caule dodrantali, foliis admodum paruis, radicaliæ similibus, fructu inter ea candido. Nam herbula alba est, & spuma tota. Radice in summo cespite. Legitur estate semen, cum integre adoleuit, deciditq; exiccatum. Datum acerabuli mensura in aqua multa uomitione expurgat. Priuatim huiusmodi purgatio, comitalibus prodest.

## De Hypoco. Cap.xx.

Ypecoon, aliqui Hypopheon uocant. Nasatur in segetibus, aruisq;, foliis rute, exilibus ramis. Natura eadem, quæ papaueris succo.

## DE MEDICINALI MATERIA

De Apollinari, & hyoscyamo. Cap.lxxij.

